











ALBERT HENRI

1871

ALBERT HENRI

1871

ALBERT HENRI

ALBERT HENRI

ALBERT HENRI

ALBERT HENRI

ALBERT HENRI



ALBERT HENRI

ALBERT HENRI

ALBERT HENRI

ANALECTA HYMNICA

MEDII AEVI.

XI.

HYMNI INEDITI.

Liturgische Hymnen

des

Mittelalters

herausgegeben

von

Guido Maria Dreves,

S. J.



Leipzig.

O. R. Re i s l a n d.

1891.

HYMNI INEDITI.

Liturgische Hymnen

des

Mittelalters

aus

Handschriften und Wiegendrucken.

Zweite Folge

herausgegeben

von

Guido Maria Dreves,

S. J.



Leipzig.

O. R. Re i s l a n d.

1891.



JUN - 8 1938

10791

VORWORT.

Das hier vorliegende Heft dieser *Analecta* schließt sich inhaltlich dem IV. derselben an. Es führt die mit letzterem begonnene Publikation der in den verschiedenen Brevieren, Antiphonarien, Processionalien zerstreuten liturgischen Hymnen fort. Bezüglich des Inhaltes sowohl, als rücksichtlich der bei Aufnahme und Redaction der Hymnen auch hier festgehaltenen Grundsätze verweise ich daher auf das in der Vorrede zu jenem Hefte Gesagte. Von denselben abzugehen lag kein Grund und keine Möglichkeit vor.

Da die *Analecta* mit diesem Hefte in ihre zweite Dekade eintreten, ist es vielleicht nicht unangebracht, den voraussichtlichen Fortgang derselben mit einigen Strichen zu skizzieren, um so mehr, als nicht selten diesbezügliche Anfragen bei der Verlagshandlung einlaufen.

Der Zweck dieser Sammlung ist im Vorworte zum zweiten Bande derselben hinlänglich umschrieben worden. Es soll die vortridentinische Hymnenlitteratur in einer Vollständigkeit zugänglich gemacht werden, welche einen litterarhistorischen Überblick derselben möglich macht. Diese zu erstrebende Vollständigkeit kann eine absolute, selbst mit alleiniger Rücksicht auf das noch Bestehende, nicht sein; eine solche zu erreichen ist schlechterdings unmöglich, sie anstreben, Utopie, am meisten für den, der ausschliesslich auf die eigene Arbeitskraft angewiesen. Nachlesen werden immer noch einzelnes Material zu fördern vermögen; dieselben müssen aber Spicilegien bleiben, d. h. es muß den Nachlesern unmöglich werden, so viel Neues beizubringen, daß dadurch Linien des Gesamtbildes verschoben oder gar ihre Vorgänger numerisch überboten und erdrückt werden, wie solches schon jetzt diese *Analecten* erreicht haben. Es verhält sich

hiemit ähnlich wie mit dem bekannten scholastischen Probleme vom Rofsschweife. Jedes einzelne Haar ist in und zu demselben unnötig, kann fortbleiben oder wegfallen, ohne daß der Schweif aufhörte zu sein, was er ist und war. Und doch trägt ebenso jedes Haar das Seinige zum Entstehen und Bestande des Ganzen bei. So kann auch hier im Grunde jedes einzelne Lied fortfallen, ohne eine fühlbare Lücke zu lassen. Dennoch schliesse ich grundsätzlich, eben weil ich nicht jedem einzelnen Liede nachzugehen vermag, keines der erreichbaren Lieder aus. Am wenigsten kann es mir beifallen, mittelmäßige und schlechte Lieder ausscheiden zu wollen. Abgesehen davon, daß ein schlechtes Lied in der einen oder andern Richtung lehrreicher und interessanter sein kann als ein gutes, würde durch ein anthologisches Verfahren ein den thatsächlichen Verhältnissen nicht entsprechendes Bild zu stande kommen, das Beste und Gute in einem andern als dem wirklichen Verhältnisse auftreten, der breite Hintergrund alles Menschlichen, die Mittelmäßigkeit, von dem das durch Licht oder Schatten Hervorragende sich abhebt, in höchst ungenügender Weise gezeichnet, für sprachliche und metrische Untersuchungen bestimmter Perioden ein ungenügendes und darum irreführendes Material geboten sein.

Es wird immer das Bestreben der Hymnologie sein müssen, dem namen- und herrenlosen Gute der Adespota möglichst viel abzurufen. Leider wird, wie der Liturge im allgemeinen, so insbesondere der Hymnologe sich immer einem unverhältnismäßigen Bestande unbestimmten und unbestimmbaren Materials gegenübersehen. Dasselbe teilt sich in mehrere Ströme: Hymnen im engern Sinne, Sequenzen, Reimofficien, Cantiones, Leselieder, wie ich mit einem in neuerer Zeit üblich gewordenen Namen außerliturgische für die Privat- und Einzelandacht geschriebene Hymnen nennen will. Von den letzteren zweigen sich wieder als Art von der Gattung die s. g. Psalterien ab. Alle diese Ströme sind mit Ausnahme der Leselieder und Psalterien bereits begonnen, die Hymnen in Heft II und IV, die Sequenzen in Heft VII, VIII, IX, X, die Reimofficien mit Band V, die Cantiones mit Heft I. Sie alle müssen weitergeführt werden. Sequenzen umfassen VII bis X, zusammen anderthalbtausend gegenüber ca. 900 bei Kehrein, der die größte Sequenzensammlung zusammengestellt hatte. Und damit ist der Vorrat ungedruckter

Sequenzen noch keineswegs erschöpft. Wenn ich deren Publikation mit diesem Hefte unterbreche, um zunächst die der übrigen Zweige aufzunehmen, so geschieht es, um die Resultate einiger paralleler, in nächster Zeit zu erwartender Veröffentlichungen, namentlich der englischen Bradshaw-Society abzuwarten. Bei der ohnehin erdrückenden Last des zu bewältigenden Materials wäre es bedauerlich, den kostbaren Raum an Dinge zu verschwenden, die anderweitig zugänglich werden.

Da die Hymnen dank ihrer durchschnittlichen Kürze sich zu je 500 in einem Hefte vereinen lassen, dürften zur Vollendung derselben drei bis vier weitere Hefte genügen, für die Reimofficien, die ich für den wichtigsten Teil halte, ebenfalls drei bis vier, für Cantiones eines, für Psalterien zwei, für sonstige Lieder zwei bis drei. Den Schluß des Ganzen sollen außer den nötigen Indices der Lieder, der Heiligen, der Verfasser, der Handschriften etc., durch welche das Werk erst seine völlige Brauchbarkeit erlangen wird, Nachträge und Berichtigungen zu den bisher erschienenen hymnologischen Sammlungen bilden. Dies das Zukunftsbild, soweit ich ein solches in diesem Augenblicke zu zeichnen imstande bin. Ich brauche wohl nicht zu erwähnen, daß bis zur Erreichung dieses Zieles noch ein weiter Weg bleibt und zur Verwirklichung des Planes eine Reihe günstiger Umstände mitwirken müssen, mit denen weder der Verleger noch der Herausgeber einen festen Bund zu flechten vermögen. Auch hier heit es, das Beste hoffen und das Schlimmste befürchten.

Trier, den 7. Juni 1891.

G. M. Dreves.

I.

DE TEMPORE.

1. De ss. Trinitate.

Mente canam Domino grates laudesque rependens
Pro cunctis, tribuit sacra quae mihi gratia Christi.
Credo Deum patrem, verbo qui cuncta creavit,
Qui genitor rerum mundum sub lege coercet
Et nulla sub lege manet, cui condere velle est,
Quem frons nulla videt sed totum conspicit ipse.
Credo Deum Christum, passus qui cuncta novavit,
Omnia pacificans unum qui fecit utraque;
Qui Deus et homo natura perfectus utraque,
Certa salus constat, vitae spes unica terris,
Qui regit aeternum princeps in principe regnum.
Credo Deum pariter summum te, spiritus alme,
Qui coelo veniens purgasti crimina mundi
Multiplicique hominum replesti pectora dono.

Cod. Londinens. Reg. 2 A XX. saec. 8/9. mit der Aufschrift: Versus eud (= Cuth. Cuthberti?) de s. Trinitate, woraus eine spätere Hand Versus cujusdam etc. gemacht hat. Da die Handschrift in altirischen Charakteren geschrieben, mag das officielle Alter (saec. 8.) immerhin zu hoch gegriffen sein.

2. De ss. Trinitate.

1. Omnipotens, verax, solus genitor, unus Deus,
Initio cum fine carens, pater omnia gestans,
Da fidei lucem nobis panemque salutis.
2. Christe Deus, verbum patris, genitus genitore,
De pleno plenus, lumen de lumine natus,
Vita, salus, pietas, vitam largire perennem.
3. Spiritus alme Deus, paraclitus, illuminator,
Procedens a patre simul natoque potenter,
Almificae majestatis nos effice templum.
4. Gloria celsa patri geniti, genitoque perenni,
Sit quoque spiritui sancto laus, gloria semper
Aequalis, mansura jugis per saecula cuncta.

Psalt. c. Hymn. ms. S. Vincentii Cenomannens. saec. 15. Cod. Cenomannens. 134. — 4, 1 genite genitorque Hs. — 4, 3 mensura jugis Hs.

3. De ss. Trinitate.

Ad Processionem.

1. Salve, festa dies, toto venerabilis aevo,
Qua colitur trinus unus ubique Deus.
2. Themate praefixo laudis decorisque supremo
Hymnidici solito psallite corde sacro.
3. Hic Deus immensus, Adonai, trinus et unus
Est pater et verbum dulceque pneuma sacrum.
4. Dies, de qua canimus, res est incognita mundo,
Ingenium superat, effugit omne loqui.
5. O pater ingenite, dulcissime fons deitatis,
Dulce tuis famulis influe vera salus.
6. Christe, dei splendor, servorum parce ruinis,
Pro quibus arsisisti vulnera dira pati.
7. Spiritus alme, patris prolis simul, ignis amoris,
Fac nos exuri semper amore tui.
8. Summa Deo trino sit gloria sitque protestas,
Imperium, virtus, laus, decus, hymnus, honor.

Process. ms. S. Osithae saec. 15. Cod. Oxoniens. Laud. Miscell. 329. —
Das erste Distichon kehrt nach jedem der folgenden als Rundreim wieder.

4. De sanctissima Trinitate.

Ad Vesp. et Noct.

- | | |
|--|--|
| 1. Adesto, pater Domine
Lumenque venerabile,
Nobis te deprecantibus
Cordis et oris laudibus. | 3. Paraclitusque spiritus
Mittatur a te coelitus,
Qui nos adornet splendidis
Morum bonorum meritis. |
| 2. Adsitque tuus filius,
Aequalis unigenitus,
Qui nos redemit proprio
Sui cruoris pretio. | 4. Tu principalis trinitas
Nec non perennis unitas,
Adsiste votis supplicum
Et terge sordes criminum. |
| 5. Laus, honor, virtus, gloria
Deo patri et filio
Sancto simul paraclito
In sempiterna saecula. | |

Brev. ms. S. Trinitatis Vindocinens. saec. 13. Cod. Vindocinens. 17 E.
A. — Brev. ms. S. Trinitatis Vindocinens. saec. 15. Cod. Vindocinens. 187
B. — Brev. ms. Franciscan. saec. 15. Cod. Turonens. 143. C. — Hymn. ms.
S. Dominici in Silos saec. 15. Cod. Parisiens. Nouv. acq. 2190. D.

5. De ss. Trinitate.

Ad Matutinum.

- | | |
|--|--|
| <p>1. O benedicta Trinitas
Et adoranda unitas,
Quod pie tibi canimus,
Tuis adspira laudibus.</p> | <p>3. Hujus fidei firmitas
Tuam nobis conciliet
Optatam votis gratiam
Boni totius praevidiam.</p> |
| <p>2. In personarum numero
Unum te Deum credimus,
Cunctipotentem omnium
Creaturarum principem.</p> | <p>4. Concedat trina deitas,
Praestet una divinitas,
Ut suae laudis cantica
Sint nobis salutifera.</p> |

Brev. ms. S. Trinitatis Vindocinens. saec. 13. Cod. Vindocinens. 17 E.
A. — Brev. ms. S. Trinitatis Vindocinens. saec. 15. Cod. Vindocinens. 187.
B. — Brev. ms. Franciscan. saec. 15. Cod. Turonens. 143. C.

6. De ss. Trinitate.

Ad Laudes.

- | | |
|---|---|
| <p>1. Aeternum ens principium
Te summa, Deus, trinitas,
Rerum creator omnium,
Felix collaudat unitas.</p> | <p>3. Cum sit immensus genitor,
Compar est illi genitus,
Sic par utrisque conditor
Paraclitus est spiritus.</p> |
| <p>2. Chori ternorum ordinum
Tuo fruuntur lumine,
Ad quod mens spirat hominum,
Dragma reperta sanguine.</p> | <p>4. Cuncta regens superior,
Trinitas his profundior,
Fers, circumdas exterior
Orbem, reple interior.</p> |

5. In hoc carnis exsilio
Conservet nos a crimine
Pari pater cum filio
Ac spiritus munimine.

Brev. ms. Franciscan. saec. 14/15. Cod. Parisiens. 1290. — 2, 3 mens fehlt.

7. In Nativitate DN.

Ad Processionem.

1. Salve, festa dies, toto venerabilis aevo,
Qua Deus in utero virginis exstat homo.
2. Haec dies celebris donis micat inclita clavis,
Qua solem genuit stella Maria maris.
3. Ecce dies alma, nostrae salutis origo,
Laetitiaeque novae sit benedicta dies.
4. En celsus Gabriel, affert ubi virgo salutem
Mundo mellifluam, sit benedicta dies.
5. Haec lux virgineam de coelo traxit in alvum
Patris verbigenam; sit benedicta dies.

6. En ancilla Dei, respondens virgo beata
Concepit Dominum; sit benedicta dies.
 7. Ast hodie fit Adam, Christus quoque sanguine fuso
In cruce nos emit, sit benedicta dies.
 8. Germina camporum linquunt cunabula terrae,
Assiliunt Domino; sit benedicta dies.
 9. Haec benedicta dies limbum sociavit Olympo,
Gaudia fudit homo; sit benedicta dies.
- Process. ms. S. Osithae saec. 15. Cod. Oxoniens. Laud. Miscell. 329.

8. In Nativitate DN.

- | | |
|--|---|
| <ol style="list-style-type: none"> 1. Lux hodierna
Fulget in arva,
Rex quia regum
Patris ab aere
Virgineo se
Infudit alvo. 2. Parvulus iste
Natus in orbe,
Alta gubernans
Imaque visans,
Tollere venit
Crimina mundi. 3. Stella refulget,
Cui dedit amplum
Sidere signum,
Quo duce gentes
Currere possint
Regis ad aulam. | <ol style="list-style-type: none"> 4. O quam stupenda
Res fuit acta
Conditor orbis,
Est homo factus,
Estque creatus
Ipse creator. 5. Psallite summo,
Psallite regi,
Psallite Jesu,
Psallite Christo,
Psallite vivo,
Psallite vero. 6. Cujus in ortu
Nos, pater atque
Spiritus alme,
Respice clemens,
Cui manet omnis
Gloria tecum. |
|--|---|

Grad. et Antiph. ms. Nivernense saec. 12. Cod. Parisien. Nouv. acq. 1235. — Dieser Hymnus entlehnt Str. 5 einem verwandten von Brower Rhaban zugeschriebenen Liede; vgl. Dümmler, Poetae Latini Aevi Carolini II, 167. — 1, 6 1: intulit?

9. De pannis DN.

Ad Vesperas.

- | | |
|---|--|
| <ol style="list-style-type: none"> 1. Adest dies laetitiae,
Adest tempus infantiae
Adae novi, qui reparat
Adae vetusta veteris. 2. Vetus Adam vult effici
Sciendo Deo similis,
Sed gustans fructum arboris
Reus mortis efficitur. | <ol style="list-style-type: none"> 3. Fructum mater virginea,
Quae nec fallit nec fallitur,
Reclinat in praesepio,
Ut vitam det edentibus. 4. Non foliis vel pellibus,
Quae sunt peccati tegmina,
Panis hic vitae tegitur,
Immo pannis involvitur. |
|---|--|

- | | |
|---|--|
| <p>5. Infans Jesus congregiens
Amoris funda dimicat,
Qua paupertatis lapides
Jacit superbum perimens.</p> <p>6. His armis tui proelii
Laetamur, rex altissime,
Quod in Bethlehem inchoans
In Hierusalem terminas.</p> | <p>7. Deus, vis nostri roboris,
In nobis cuncta supera,
Quae nos impugnant vitia,
Tua devincens gratia.</p> <p>8. Gloria tibi, Domine,
Qui natus es de virgine,
Cum patre et sancto spiritu
In sempiterna saecula.</p> |
|---|--|

Antiph. ms. S. Martialis Lemovicens. saec. 14. Cod. Parisien. 916. —
Mel.: Beate martyr prospera.

10. De pannis DN.

Ad Nocturnum.

- | | |
|---|--|
| <p>1. Nox et dies praeconio
Boni Jesu deserviant,
Nam utrumque sanctificant
Dulcis amoris opera.</p> <p>2. Nox tunc luce perfunditur,
Quando lux et ver nascitur,
Dies tunc nocte premitur,
Vita nostra cum moritur.</p> <p>3. Noctem tua nativitas
Miro perlustrat radio,
Dum replet mentes veritas
Jungens humana superis.</p> <p>4. Ecce nunc acceptabile
Tempus, in quo virginitas
Involvens Deum parvulum
Reclinat in praesepio.</p> | <p>5. Rubus, quem vidit Moyses
Non comburitur,
Nec sentiunt imendii
Damnum panni praesepii.</p> <p>6. Exsultat cor, dum oculi
Haec cernunt mirabilia,
Crescit fides et concinit
Lingua Dei magnalia.</p> <p>7. Infans-verbum, converte nos
Prece matris et parvulis
Similes fac, ut coelitus
Regnemus cum coelicolis.</p> <p>8. Gloria tibi, Domine,
Qui natus es de virgine,
Cum patre et sancto spiritu
In sempiterna saecula.</p> |
|---|--|

Antiph. ms. S. Martialis Lemovicens. saec. 14. Cod. Parisiens. 916. add.
saec. 15. — 2, 1 profunditur. — 5, 2 Lücke von 3 Silben. 1: Ardet sed non
comburitur?

11. De pannis DN.

Ad Laudes.

- | | |
|--|--|
| <p>1. Quam ingens est suavitas
Absconditae dulcedinis
In carne verbi pauperis,
Vagientis infantuli.</p> <p>2. In domo panis Bethlehem
Descendens panis coelicus
Locatur, ut reficiat
Et confortet cor hominis.</p> | <p>3. Domus veri pacificis
Fit obscurum pandochium,
Thronus ejus eburneus
Fit inter animalia.</p> <p>4. Pannis vestitur pauperum,
Dum paupertatem consecrat,
Nec erubescit angelus
Hoc signum dans pastoribus.</p> |
|--|--|

5. Jesus, magister optime,
Ut amemus, quod edoces,
Nostras amaritudines
Tua vincat suavitas.

6. Gloria tibi Domine,
Qui natus es de virgine,
Cum patre et sancto spiritu
In sempiterna saecula.

Antiph. ms. S. Martialis Lemovicens. saec. 14. Cod. Parisien. 916. add. saec. 15. — Mel.: Dieselbe wie ad Vesperas.

12. De ss. Nomine Jesu.

In 1. Vesperis.

1. Exsultet cor praecordiis
Sonante Jesu nomine,
Praecellit in deliciis
Omni plenum dulcedine.

2. Nomen confortans miseros
Jesu, qui sanat scelera,
Nomen deterrens inferos,
Nomen fugans mortifera.

3. Nomen sonans suaviter,
In metro, prosa, carmine,
Quod levat nos alacriter
Mulcens suo solamine.

4. Nomen excelsum resonet
Jesu in ore omnium,
Et cor cum voce consonet,
Ut sanet omne vitium.

5. Jesu, salus peccantium,
Adesto nostris precibus,
Sis director errantium
Et parce nostris actibus.

6. Nomen tuum nos muniat
Praeservans a periculis,
In bonis et perficiat
Amotis culpae maculis.

7. Tibi, Christe, sit gloria
Fulgens hoc sacro nomine,
Honor tuus sit latria,
Jesu, benigne Domine.

Brev. ms. S. Mariae Trimmens. saec. 15. Cod. Collegii Trinitatis Dublinens. B. 3. 12. A. — Brev. Herefordense imp. Rotomagi 1505. B. — Brev. sec. usum Sarum imp. Parisiis 1494. C. — Brev. Aberdonense imp. Edinburgae 1510. D.

13. De Transfiguratione DN.

Ad Vesp. et Noct.

1. Cantemus in obsequio
Dei, qui monstrum gloriae
Demonstravit in filio
Sub claritatis specie.

2. De coelo testimonium
Habit, quod percipitur,
Eo quod pater filium
Vocavit et sic creditur.

3. De terra tres discipuli
Suis firmarunt vocibus,
Quidquid viderunt singuli
Vel perceperunt auribus.

4. Paradisus exhibuit
Eliam huic miraculo,
Nec Moysen detinuit
Infernus mortis vinculo.

5. Nos tibi junge, saeculi
Redemptor, pater veniae,
Quem tui tradunt famuli
Transfiguratum hodie.

6. Tibi patri concinimus
Natoque tuo gloriam,
Cui paraclitum addimus
Sperantes ejus gratiam.

42. De Conceptione BMV.

1. Gaude, caterva, lux hodierna
Annua festa sorte reformat,
Concipitur qua virgo Maria.
2. Haec sacra vatum ore profatur,
Stirpe Davidica concipienda,
Deinque divam gignere prolem.
3. Pulchra puella, vota novella
Lege negata solvere flagrat,
Virgo manere, mente nitere.
4. Quam fuit aptum hoc holocaustum
Comprobat orbis, jura salutis
Pro hoc adeptus atque redemptus.
5. Unde melodas pangimus odas
Te venerantes teque precantes,
Sis pia nobis, sis hera nobis.
6. Annue, Christe, nate Mariae,
Semper ut adsit gratia matris,
Qua tueamur ac foveamur.
7. Cui sine meta cum patre doxa
Et tibi, pneuma, cujus in umbra
Virgo triumphat prole gavis.

Brev. ms. S. Petri de Cultura saec. 13. Cod. Cenomannens. 188. A. —
Brev. ms. Piperacense anni 1440. Cod. Capit. Aniciens. s. n. B. — 1, 1
Plaude caterva B. — 2, 1 natum ore A.; ore proplatum B. — 3, 1 vota
tenella B. — 3, 2 fragrat A. — 5, 3 Sit pia B. — 7, 1 Qui sine A. —

43. De Conceptione BMV.

- | | |
|---|---|
| <ol style="list-style-type: none"> 1. Regina virginum,
Divino data munere
Genuit Dominum,
Coelesti praeminens opere. 2. Spes poenitentium,
Humani generis gloria,
Porta peccantium,
Mundani sceleris venia. | <ol style="list-style-type: none"> 3. Beata domina,
Servorum munera suscipe,
Praeclara femina,
Precamur, lacrimas ablue. 4. Nos tibi supplices
Exaudi, virgo piissima,
Vitae participes
Aeternae fac, benignissima. |
|---|---|

5. Sit tibi jugiter
Accepta nostra memoria,
Sit tibi pariter
Nato, spiritui gloria.

Brev. ms. S. Petri de Cultura saec. 13. Cod. Cenomannens. 188. —
3, 4 wieder lacrimas suscipe Hs. — 4, 2 virgo Maria piissima Hs.

44. In Conceptione BMV.

- | | |
|--|--|
| 1. Mare, solum, cives throni
Plaudant, psallant, laudent proni
Virginis conceptioni,
Vox concinat rationi,
Mens levetur gaudio,
Spem salutis audio. | 4. Arte prodiit superna
Missa virgo sempiterna
Lege patrisque materna
Stat effecta sui verna,
Capis hic subtilius,
Matrem parit filius. |
| 2. Surgat radix infecunda
Prole virens laetabunda,
Sparsa vivi roris unda,
Proles haec probatur funda,
Vitae ferens medium,
Dans Goliae taedium. | 5. O quam digna, quam honesta
Hodierna fulgent festa,
Jam primaeva cadunt maesta,
Salus redit in funesta,
Culpa gemens moritur,
Christi mater oritur. |
| 3. Stella Jacob, Gedeonis
Vellus, templum Salomonis,
Rubus incombustionis,
Porta miris clausa donis,
Hac in Annae filia
Carex pascit lilia. | 6. Deo laus omnipotenti,
Christo decus sit viventi,
Virtus ab his procedenti,
Gratia nos intuenti
Praesenti diecula
Et per cuncta saecula. |

Brev. ms. Lubicense s. n. saec. 15. — 1, 2 laudant Hs. — 1, 4 concinnant Hs. — 3, 5 Haec in Annae Hs. —

45. De conceptione BMV.

Ad Vesperas.

- | | |
|---|---|
| 1. Primo dierum omnium
Mundo fulsit lux hodie,
Qua suum ornat solium
Splendor paternae gloriae. | 4. Lux ecce surgit aurea,
Dum lucis fulta munere
Carnis vestiris trabea
Jam lucis orto sidere. |
| 2. Aurora lucis rutilat
Novo corruscans lumine,
Lux noctem cornu ventilat
A solis ortus cardine. | 5. O lux beata trinitas,
A tenebris nos erue,
Quos lucis ortu visitas,
Lucis creator optime. |
| 3. Ales diei nuntius,
Maria, decus virginum,
Praenuntiarat saepius
Te lucis anteterminum. | 6. Christe, qui lux es et dies,
In vera lucis patria
Nos tuo vultu saties,
Aeterna coeli gloria. |

Brev. ms. Turonense saec. 15. Cod. Parisiens. 1032.

46. De Conceptione BMV.

Ad Nocturnum.

- | | |
|--|--|
| <p>1. Vox aurorae novo more
Novans terrae faciem,
Nos perfundens et retundens
Tenebrarum aciem,
Surgit grata, gratis data
Praeter rerum ordinem.</p> | <p>4. Vestes ecce de Rebeccae
Parantur industria,
Quibus seni puer pleni
Sub agri flagrantia
Cibos donet et supponet
Nato pater omnia.</p> |
| <p>2. Tu hoc festo chorus esto
Totus laudi deditus,
In quo Jesse parat esse
Deus virgam primitus,
Ut florescat et quiescat
Sanctus flore spiritus.</p> | <p>5. Sic paravit fortis David
Fundam sibi provide,
Qua dum jecit interfecit
Goliam cum lapide,
Quem per ictum reddit victum
Coetum partis perfidae.</p> |
| <p>3. Caro pura de natura
caro surgit unica,
De qua sola carnis stola,
Tecta luce deica,
Coeli rore virga flore
Vernat Aronitica.</p> | <p>6. Nubes levis carens naevis
Per diem producit,
Tota candens, in qua scandens
Aegyptum ingreditur
Deus gestans, quidquid praestans
Vates ante loquitur.</p> |
7. Regi poli dignum proli
Praeparanti solium
Per cunctorum saeculorum
Et locorum spatium
Laudum ritus infinitus,
Honor et imperium.

Brev. ms. Turonense saec. 15. Cod. Parisiens. 1082.

47. De Conceptione BMV.

Ad Laudes.

- | | |
|--|---|
| <p>1. Ecce lucem, viae ducem,
Viatores, surgite,
Sion, ova, luce nova
Noviter perfundite,
Manus, mentes erigentes
Omnes gentes, plaudite!</p> | <p>3. Levigatis Noë ratis
Suae lingnis omnibus,
Arca legis, templum regis
Praeclaris operibus
Te futuram per figuram
Praecinunt fidelibus.</p> |
| <p>2. O lucerna, quae superna
Luce nunc perfunderis,
Ut aurora tam decora
Consurgens progredieris,
Quod aperte cedit per te
Legis umbra veteris.</p> | <p>4. Hoc texturae byssi purae
Praeparantur ordine
Purpuraeque, quibus aequae
Juncta fortitudine
Cum decore decet fore
Vestes fortis feminae.</p> |

5. Sic crearis ex praeclaris,
Gloriosa Domina,
Et prophetae laeti de te
Clara cantant carmina,
Novum mirum profers, virum
Dum circumdas, femina.

6. Ipsum virum coeli gyrum
Lustrantem potentia,
Dei flatu grvida tu
Virgo, viri nescia,
Paris, cujus ex partu jus
Habes super omnia.

7. Jam cum prole regnans, stolae
Fulta luce geminae,
Gratiarum dono, quarum
Polles plenitudine,
Lucis trinae sine fine
Fac nos frui lumine.

Brev. ms. Turonense saec. 15. Cod. Parisiens. 1032. — 3, 5 Te figuram
per figuram Hs. — 3, 6 Praecedunt fidelibus Hs.

48. De Conceptione BMV.

Ad Vesperas.

1. Fulget dies specialis,
Regia concipitur
Christi parens virginalis,
Per haec mors deprimitur
Culpa cunctis generalis,
Hac homo reficitur.

2. Ut testatur Isaias
Virga Jesse pullulat,
Haec, ut refert Jeremias,
Virga florem bajulat,
Per quam vide prophetias,
Homo vetus exsulat.

3. Haec est, cujus in conclave
Carne juncto numine
Caro verbum tam suave
Fit non viri semine,
Et ex Eva format Ave
Evae verso nomine.

4. Judaea gens erubescit
Discors et incredula,
Quod spiritu requiescit
Sanctus in puellula,
Nec confessus, quod nitescit
Sol de carnis nebula.

5. Ut infractum perforatur
Radio vas vitreum,
Nec in partu reseratur
Conclave virgineum,
Dolet daemon, depraedatur
Et chaos tartareum.

6. Haec est nostra mediatrix,
Via deviantibus,
Reparatrix, advocatrix,
Portus naufragantibus,
Theophili consolatrix,
Vitae datrix omnibus.

7. Sit laus summae trinitati,
Matri jubilatio,
Quae det, nos ut denudati
A carnali pallio
Conregnemus laureati
Coelesti palatio.

Brev. ms. Lexoviense saec. 15. Cod. Suessionens. 106. A. — Diurn.
ms. Pictaviense saec. 16. Cod. Pictaviens. 40. B. — 1, 5 cunctae B. — 2,
5 Perquam inde B. — 2, 6 Homo verus A. — 4, 1 gens incredula erubescit
A. — 4, 3 Pro spiritu B. — 7, 2 Matris jubilatio A. — 7, 3 Qui det AB.

49. In Conceptione BMV.

Ad Nocturnum.

- | | |
|---|--|
| <p>1. Hodiernae lux diei
Fulget, qua conceptio
Angelorum matris Dei
Vernat vaticinio,
Consolatrix, datrix spei,
Vitae reparatio.</p> <p>2. Cella cordis veneremur
Virginis praeconia,
Decantantes collaetermur
In ejus memoria,
Ignorantes quo mundemur
Per ejus primordia.</p> <p>3. Vox Helsino transfretanti
Coelestis praemonuit,
Naufragari dubitanti
Jubar et emicuit,
Hodiernus adjuvanti
Conceptus apparuit.</p> <p>4. Navi nautae jam submersa
Procellosis fluctibus,
In lamenta voce versa,
Mariam conquestibus
Imploranti est conversa
Vox blandis sermonibus.</p> | <p>5. Desperatis adhibetur
Non silenda pactio,
Quod Mariae celebretur
Idus in Decembrio
Sexto palam innovetur
Ignota conceptio.</p> <p>6. Paret abbas his mandatis,
Eminet tranquillitas,
His vox jubet liberatis,
Ut fiat solemnitas
Hujus laudes decantatis
Ut refert nativitas.</p> <p>7. Haec est illa desolatos
Quae sibi confoederat,
Naufragantes mancipatos
Erigendo liberat,
Consolidat timorantes
Suosque remunerat.</p> <p>8. Hanc concordēs imploremus,
Quod felix dulcedine
Nobis donet, ambulemus
Contempta voragine,
Sic mundana post regnemus
In coelorum culmine.</p> |
|---|--|

Brev. ms. Lexoviense saec. 15. Cod. Suessionens. 106. A. — Diurn. ms. Pictaviense saec. 16. Cod. Pictaviens. 40. B. — 3, 1 transfretandi B. — 4 2 Procello in fluctibus A. — 4, 3 Ut lamenta voce B. — 4, 4 Maria AB. — Zu 3, 1 sqq. vergl. Anal. Hymn. X, Nr. 78, 10.

50. In Conceptione BMV.

Ad Laudes.

- | | |
|--|---|
| <p>1. Hodiernum veneremur
Cum mentis constantia
Nos conceptum, jucundemur
Virginis memoria
Quod per ejus liberemur
Memores stipendia.</p> <p>2. Rex supernae majestatis
Hominem amittere
Videns sedem claritatis,
Voluit virescere
Virgam, fructum deitatis
Quae posset suscipere.</p> | <p>3. Protoplaustum serpentina
Fefellit suggestio,
Sprevit Evam pax divina,
Parens e contrario
Proli dolor, his ruina
Datur cum supplicio.</p> <p>4. Christus ob hanc creaturam
Carnem sumpsit hominis,
Contra carnem et naturam
Intrans alvum virginis,
Ut per mortis nos pressuram
Salvaret et sanguinis.</p> |
|--|---|

5. Cum haec porta reseratur
Ob arcana coelica,
Propulsatur, extirpatur
Pravitas haeretica,
Depraedatur, expiatur
Sordes Sodomitica.

6. Idolorum fana vana
Venit haec repellere
Malesana Christiana
Cordaque reficere,
Nequit laudes vox humana
Virginis exprimere.

7. Imploremus hanc devoti
Cordis, oris vocibus,
In cineres ut promoti
Juncti [quo]que vermibus
Habitemus laeti toti
Coelorum in sedibus.

Brev. ms. Lexoviense saec. 15. Cod. Suessionen. 106. — 1, 6 Memoris Hs.

51. De Conceptione BMV.

Ad Vesperas.

1. Vergente mundi vespere
Aeterni patris filius,
Ut mundum purget scelere,
Fit nobis carne proximus.

3. O Anna beatissima,
Procedit velut liliū
Ex te Maria filia,
Ut Dei paret filium.

2. Ex Anna diu sterili
Maria dum concipitur,
Velut ex terra fertili
Fructus vitae producit.

4. Gloria tibi Domine,
Qui natus es de virgine,
Cum patre, sancto spiritu
In sempiterna saecula.

Brev. ms. Francisc. saec. 15. Cod. Parisiens. 760. A. — Brev. ms. Romanum saec. 15. Cod. Oxoniens. Miscell. Lat. 167. B. — 3, 1 O fehlt B.

52. De Conceptione BMV.

Ad Matutinum.

1. Adest conceptus nobilis
Festumque coeli curiae,
Quo Anna diu sterilis
Mundum illustrat homine.

3. Ex Annae sacro utero
Virgo Maria prodiit,
Per quam labenti saeculo
Deus salutem contulit.

2. Anna, mater munditiae
Et virtutum sacrarium,
Suae conceptum filiae
Sanctum novit per angelum.

4. Gloria tibi Domine,
Qui natus es de virgine,
Cum patre, sancto spiritu
In sempiterna saecula.

Brev. ms. Francisc. saec. 15. Cod. Parisiens. 760. A. — Brev. ms. Romanum saec. 15. Cod. Oxoniens. Miscell. Lat. 167. B. — 3, 4 Rex salutem A.

53. De Conceptione BMV.

Ad Laudes.

- | | |
|--|--|
| <p>1. Noctis expulsis tenebris
Cantemus laudes Domino,
Nam Anna diu sterilis
Novo laetatur gaudio.</p> <p>2. Infecunda pro tempore
Mariam tandem concipit,
In cujus Deus corpore
Nostram salutem conficit.</p> | <p>3. Plaudite chorus coelestium
Omnis terraque gaudeat,
Per Annae namque meritum
Deus mundum sanctificat.</p> <p>4. Gloria tibi Domine,
Qui natus es de virgine,
Cum patre, sancto spiritu
In sempiterna saecula.</p> |
|--|--|

Brev. ms. Franciscan. saec. 15. Cod. Parisiens. 760 A. — Brev. ms. Romanum saec. 15. Cod. Oxoniens. Miscell. Lat. 167. B. — 3, 1 chorus coelicum A. — 3, 2 congaudeat A. — 3, 4 Christus mundum B.

54. De Conceptione BMV.

Ad Vesperas.

- | | |
|--|---|
| <p>1. Ante mundi principium
Deus, creator omnium,
Jam vidit, ut per filium
Nobis daret consilium.</p> <p>2. Ad Joachim, ut legitur,
Per angelum promittitur
Proles, qua salus redditur,
Unde dies haec agitur.</p> <p>3. Hujus diei gaudia
Ut salutis primordia
Fidelium ecclesia
Celebret cum laetitia.</p> <p>4. Transacta patrum serie
Hanna concepit hodie
Per nuntium laetitiae
Et spem post Deum veniae.</p> | <p>5. Ut sidus inter nubila
Et ut in spinis rosula
Apparuit haec virgula
Fructum praebens per saecula.</p> <p>6. Haec virginis conceptio
Est laus et exsultatio
Angelorum collegio,
Mundum implevit gaudio.</p> <p>7. Hanc igitur selemniter.
Colamus et fideliter,
Hanc amemus veraciter,
Ut nos conservet jugiter.</p> <p>8. Gloria tibi, Domine,
Qui natus es de virgine,
Cum patre, almo spiritu
In sempiterna saecula.</p> |
|--|---|

Brev. ms. Eremitarum S. Augustini anni 1469. Cod. Londinens. Add. 16391. — 1, 3 Invidit ut per Hs.

55. De Conceptione BMV.

Ad Nocturnum.

1. Magna res nobis memoranda semper
Hoc die toto celebratur orbe,
Nempe conceptam recolit Mariam
Terra polusque.

2. Ecce conceptus novus atque mirus,
Cui nihil taetrae maculosus Adam
Miscuit labis, solitus nepotes
Quosque nigrare.
3. Hoc reservabat sibi vas decorum
Ille telluris superumque rector,
Quo premens sese pateretur abdi
Carne tegendus.
4. Gaudeamus, Christicolae fideles,
Si modo ingratos pudet huic videri,
Gaudeamus Christiferam canentes
Rite parentem.
5. Gloria patri genitaeque proli etc.

Brev. Aberdonense imp. Edinburgae 1509.

56. De Conceptione BMV.

Ad Laudes.

- | | |
|--|--|
| 1. Maria, virgo regia,
Ex stirpe David inclita,
Non tam paterna nobilis
Quam dignitate sobolis. | 3. Stella marisque lucida
Nos miseros illumina,
De tenebris nos revoca,
Quas infundunt peccamina. |
| 2. Tu nos avulsos veteri
Complanta novo lumini,
Per te sit genus omnium
Regale sacerdotium. | 4. Gloria tibi, Domine,
Qui natus es de virgine,
Cum patre et sancto spiritu
In sempiterna saecula. |

Brev. Lundense imp. Parisiis 1517.

57. In Conceptione BMV.

Ad Vesperas.

- | | |
|---|--|
| 1. Ave, gloriosa,
Virgo speciosa,
Ave, stella maris,
Clara lux solaris. | 4. Ave, Christi cella,
Mater et puella,
Templum deitatis,
Gemma claritatis. |
| 2. Ave coeli porta,
De qua lux est orta,
Mater orphanorum,
Portus miserorum. | 5. Ave, flos sanctorum,
Decus et eorum,
Felix virgo, gaude,
Omni digna laude. |
| 3. Ave, nostrum decus,
Per quod videt caecus,
Pro nobis beatum
Ora, parens, natum. | 6. Ave, virgo bona,
Vitam nobis dona,
Aula castitatis,
Flos virginitatis. |

- | | |
|---|--|
| <p>7. Ave, fons hortorum,
Salus populorum,
Per te plebs in caelis
Salvetur fidelis.</p> <p>8. Ave, sanctitatis
Fons et bonitatis,
Summi sponsa Dei
Materque diei.</p> | <p>9. Ave, specialis
Mater virginalis,
Nobis, virgo pia,
Succurre Maria.</p> <p>10. Sit laus trinitati,
Honor deitatis,
Nos quae vitae regnum
Ducat ad supernum.</p> |
|---|--|

Brev. ms. S. Mauritii Turonens. anni 1343. Cod. Turonens. 145.

58. De Conceptione BMV.

Ad Matutinum.

- | | |
|--|--|
| <p>1. Exsultet novo carmine
Laudans coetus fidelium
In benedicto semine,
Quo datur salus gentium.</p> <p>2. Virga premens daemonium,
Signa miranda faciens,
Det mundi mare pervium,
Terram promissam largiens.</p> | <p>3. Currus ignis accenditur
Sanctificante gratia,
Zelo legis quo tenditur,
Via monstratur regia.</p> <p>4. Scala Jacob erigitur,
Qua tendamus ad gaudia,
Mundus, caro despicitur.
Surgamus ad coelestia.</p> |
|--|--|
5. Fructus sacratae virginis,
Jesu, dulcedo gratiae,
In nostrae vitae terminis
Nos redde luci gloriae.

Brev. ms. Avenionense saec. 15. Cod. Lugdunens. 468. A. — Brev. ms. Arelatense saec. 15. Cod. Parisiens. 1284. B. — Brev. ms. FF. Minorum de Brageriaco anni 1485. Cod. Burdigalens. 88. D. — Brev. Arelatense imp. Arelati 1501 E. — Brev. Aptense imp. Lugduni 1532. F. — 1, 2 Laudes coetus B. — 2, 3 De mundo mare B; mundo matre E. — 3, 1 Cujus ignis B. — 4, 2 tendimus B. — 5, 4 luci gratiae E.

59. De Conceptione BMV.

- | | |
|---|---|
| <p>1. Gaude, virgo gloriosa,
En tua conceptio,
Velut gemma virtuosa
Jam reluxit saeculo,
Nobis facta fructuosa
Virtutum miraculo.</p> <p>2. Tu aeterni regis nata,
Mater es et filia,
Tuque nostra advocata
Es et vitae domina,
Peccatorum vena lata
Nobis stillando balsama.</p> | <p>3. Virgo namque concepisti
Redemptorem saeculi.
Virgo tuque permansisti
Facta mater filii,
Placa hunc, quem genuisti,
Sic renascantur perdit.</p> <p>4. Alma mater, te conceptam
Exaltent puellulae,
Matrem tuam venerantes
Pro concepto semine,
Quo producto augeantur
Festivitates Mariae.</p> |
|---|---|

- | | |
|---|---|
| <p>5. Festum sacrum hoc colentes,
 Hic in maris impetu
 Voce pia implorantes,
 Ut ab omni gemitu
 Eruamur et laetemur
 Nostrae in mortis exitu.</p> | <p>6. Deo patri laus aeterna
 Sit et suo filio,
 Qui salutem in superna
 Dat cum sancto spiritu,
 Cui honor sine fine
 In sempiterna saecula.</p> |
|---|---|

Psalt. et hymn. imp. Lipsiae (Melchior Lotther) 1521. Mel.: Pange lingua.

60. De Conceptione BMV.

Ad Vesp. et Noct.

- | | |
|--|---|
| <p>1. Gaude, fidelis concio,
 Cui virginis conceptio
 Solemne praestat gaudium
 Paratque coeli praemium.</p> | <p>4. O virgo salve nobilis,
 Cui nulla prorsus similis,
 Tuam colentes gloriam
 Duc ad supernam patriam.</p> |
| <p>2. In hac die lux virginum,
 Quae parturivit Dominum,
 Concepta rite creditur,
 Hinc Jesse stirps extollitur.</p> | <p>5. Maria mater gratiae,
 Mater misericordiae,
 Tu nos ab hoste protege
 In hora mortis suscipe.</p> |
| <p>3. Stirps Jesse virgam protulit,
 Flos unde Christus ortus est,
 Qui jura mortis abstulit,
 Dum pro reis occisus est.</p> | <p>6. Gloria tibi, Domine,
 Qui natus es de Virgine,
 Cum patre, sancto spiritu
 In sempiterna saecula.</p> |

Brev. S. Gudilae imp. Parisiis 1516.

61. De conceptione BMV.

In Laudibus.

- | | |
|--|---|
| <p>1. Maria, virgo regia,
 Vitae perennis janua
 De stirpe David prodiit,
 Sol unde verus exiit.</p> | <p>4. O sancta, praesens gaudium
 Arceat vires hostium,
 Et redde pressis hostibus
 Nos paradisi sedibus.</p> |
| <p>2. Stirps floruit propaginis
 Latura florem numinis,
 Concepta crevit virgula,
 Quae nostra fregit vincula.</p> | <p>5. Maria, mater gratiae,
 Mater misericordiae,
 Tu nos ab hoste protege
 Et hora mortis suscipe.</p> |
| <p>3. Illam creavit coelitus
 Et extulit paraclitus
 Suo repletam lumine
 Servans ab omni crimine.</p> | <p>6. Gloria tibi, Domine,
 Qui natus es de virgine,
 Cum patre et sancto spiritu
 In sempiterna saecula.</p> |

Brev. S. Gudilae imp. Parisiis 1516. — 4, 1 O sancte.

62. In Nativitate BMV.

Ad Processionem.

1. Salve, festa dies, toto venerabilis aevo,
Qua nova regina gignitur orbis hera.
2. Conditur in lumbis almi lux publica mundi,
Anchora firma spei, pervia porta Dei.
3. O felix Joachim, sed erat felicior Anna,
Quae matrem Domini gignere promeruit.
4. Angelico flatu sese monere parentes
Et pariunt prolem, quae fuit absque pare.
5. Haec proles deica mulsit suspiria nata,
Dum mundi pretium protulit ipsa Deum.
6. Ex hac mirifice Libani pulcherrima cedrus
Prosiliit crescens mystica mira ferens.
7. Hanc chorus angelicus prolem venerantur in aevum
Cumque tuis sanctis nos tibi concinimus.
8. O decus, o dulcis, petimus, dulcissima rerum,
Dulcia da famulis coelica dona tuis.

Process. ms. S. Osithae saec. 15. Cod. Oxoniens. Laud. Miscell. 329.

63. In festo Illationis Mariae.

- | | |
|--|---|
| <ol style="list-style-type: none"> 1. Ave, Christi cella,
Regia puella,
Deo dedicata,
Jugiter serata. 2. Salve, prophetarum
Finis, antiquarum
Scripturarum glosa,
Paradisi rosa. 3. Vale, vestimentum
Carnis, fundamentum,
Petram novae legis
Carnis veste tegis. | <ol style="list-style-type: none"> 4. Gaude, Salomonis
Mater, regionis
Rectrix, legionis
Eburneis thronis. 5. Mater miserorum,
Spes desolatorum,
Ductrix viatorum,
Honor beatorum. 6. Solve catenatos,
Leva desperatos,
Dirige caecatos,
Laetifica beatos. |
| <ol style="list-style-type: none"> 7. Sit laus patri Deo,
Summum decus Christo,
Spiritus sancto
Unitate trino. | |

Psalt. ms. Borkense A 6. saec. 15. A. — Antiph. ms. Borkense A 8.
saec. 15. B. — Mel.: Ave maris stella.

64. In festo Illationis BMV.

Ad Completorium.

- | | |
|--|---|
| 1. Quam summa coeli curia
Laude frequentat sedula,
Rite laudemus infimi
Terrae cultores miseri. | 3. Ut tibi servientibus
In teque confidentibus
Fiat misericordia,
Quam in te sperant, domina. |
| 2. Ave, regina gloriae,
Quae coeli gaudes culmine,
Mater misericordiae,
Te quaerentes dirige. | 4. Maria, vena veniae,
Latex misericordiae,
Post te pulsantes respice,
Ad templum tecum suscipe. |
5. Deo patri sit gloria
 Ejusque soli filio etc.

Psalt. ms. Borkense A. 6. saec. 15. A. — Antiph. ms. Borkense A 8. saec. 15. B. — Mel.: Signum crucis mirabile.

65. In Praesentatione BMV.

Ad Vesperas.

1. Fac diem festum, Deus alme, nobis
 Inclitae matris, virginis beatae,
 Quo tibi cara voluit praeclara
 Sacrificari.
2. Sacrificata servit tibi grata,
 Ut Dei mater foret praeparata,
 Exhilarata divis disciplinis
 Exagitata.
3. Sancta fuisti, nasci dum coepisti,
 Virgo beata, sanctior probata,
 Te dum vovisti nec non obtulisti
 Hostiam Deo.
4. Profectum magnum nobis in salutis
 Cescit res acta merito virtutis,
 Qua Dei verbum paris caro factum
 Tu virgo nobis.
5. Hinc tibi grates referentes omnes
 Strati precamur, miserere pia,
 Manum peccanti prope da labanti,
 Virgo Maria.
6. Praestes hoc nobis, deitas beata
 Patris ac nati spiritusque sancti,
 Memorans tui populi miserta
 Succurre nobis.

Cod. Lubicens. (ol. Fol. 22) saec. 15. — 4, 1 salutem Hs. — Verfasser des Hymnus ist Magister Johannes Hauc. Vgl. Anal. Hymn. V. S. 61.

66. In Praesentatione BMV.

Ad Completorium.

- | | |
|---|---|
| 1. Aeterni patris filium
Conceptura carnaliter
Huic parat domicilium
Decorans se mentaliter; | 3. Oblatam Christo virginem
Laudemus omnes pariter,
Relinquit quia neminem
Devotum sibi taliter. |
| 2. Quod Christus sibi filius
Mariae nil profuerit,
Si non mente felicius
Quam carne hunc gestaverit. | 4. Laus pater tibi Domine
Genitoque de virgine
Cum sancto sit spiramine,
Uni Deo in numine. |

Cod. Lubicens. (ol. Fol. 22) saec. 15. Verfasser: Magister Johannes Hauc.

67. De Praesentatione BMV.

- | | |
|---|--|
| 1. Jam dies redit annua,
In qua beata femina
Virgunculam praenobilem
Praesentat in Jerusalem. | 3. Recolitur memoria
Pro Jesu Christi gloria
Vel matris ejus inclitae,
Quam replicamus hodie. |
| 2. Sion, attolle jubilum,
Dum mater regis omnium,
Totius plena gratiae,
Templum dignatur visere. | 4. Mater benigna judicis,
Opem ferto Christicolis,
Ut tecum templa subeant,
Quae caelibes inhabitant. |
| 5. Coeleste sanctuarium,
Quod templi per mysterium
Signavit legis litera,
Tibi devotis impetra. | |

Brev. ms. Lubicense (ol. 22) saec. 15. A. — Brev. Paderbornense imp. Lipsiae 1513. B. — Brev. Havelbergense imp. Lipsiae 1518. C.

68. De visitatione BMV.

In 1. Vesperis.

- | | |
|---|--|
| 1. Laeto plaudat obsequio
Fidelium devotio,
Mariae visitatio
Mundum replevit gaudio. | 3. Memoria Zacharias,
Elisabeth saturitas
Domini Dei talia
Coaptantur mysteria. |
| 2. Jesus venit salutaris
Cum Maria stella maris,
Gaudet intra palatia
Johannes, in quo gratia. | 4. Insignis visitatio,
Justorum congregatio,
Res inaudita saeculo,
Nostrae salutis ratio. |

- | | |
|---|---|
| <p>5. Virgo Deum carne portat,
Sterilis vatem bajulat,
Verbum ad vocem properat,
Lucerna lumen reserat.</p> | <p>6. Te, simplex una deitas,
Cuncta collaudant, trinitas,
Quos deprimit fragilitas,
Tua salvet benignitas.</p> |
|---|---|

Brev. ms. Lubicense (ol. 62.) saec. 15.

69. De Visitatione BMV.

Ad Completorium.

- | | |
|---|--|
| <p>1. Tenore mundus jubilat
Novo, matrum concelebrat
Festum, quo virgo visitat,
Matrem prophetae salutat.</p> | <p>3. Symmista novus utero
Interno mentis oculo
Videns spiritus jubilo
Applaudit regi Domino.</p> |
| <p>2. Baptistam portat uterus
Senis, Deum virgineus,
Occurrit servo Dominus,
Parvum beat paraclitus.</p> | <p>4. Legis umbra sinu patris
Clausum sentit alvo matris,
Ventre propheta veteris
Ad vocem plaudit virginis.</p> |
5. Jucunda sit ingenito
Patri laus, unigenito,
Parvum implenti gaudio
Spiritus paraclito.

Brev. ms. Lubicense (ol. 62.) saec. 15.

70. De Visitatione BMV.

Ad Completorium.

- | | |
|--|---|
| <p>1. Coelestis regni gaudia
Designant haec solemnia,
Quisquis ea desiderat
Mariae laudes concinat.</p> | <p>4. Eva in ave mutatur,
Mitis pro superba datur,
Virgo sterilisque parit,
Novus Adam coelum dabit.</p> |
| <p>2. Quae Dei patris filium
Duxit in hoc exsilium,
Ut perducatur ad patriam,
Quos genuit per gratiam.</p> | <p>5. Haec est illa eximia,
Quae miscuit sata tria
Cor fidei, Deum homini,
Maternitatem virgini.</p> |
| <p>3. Quod docet nos Elisabeth,
Dum exsultasse perhibet
Praecursorem in utero
Ex adventu virgineo.</p> | <p>6. Eja mater et filia,
Christo nos reconcilia,
Redde, quod Eva perdidit,
Duc, hostis unde cecidit.</p> |
7. Da, pater, nobis gaudia
Per filium repromissa,
Sancti spiritus gratia
Nos fovente per saecula.

Brev. ms. Lubicense saec. 15. s. n. A. — Brev. ms. Lubicense saec. 15. s. n. B. — 7, 1 Praesta pater gaudia A.

71. De Visitatione BMV.

Ad Matutinum.

- | | |
|---|--|
| <p>1. Benedicta mater Christi,
Festinanter ipsamet
Surgens in montanis isti
Visitans Elisabeth,
Quam salutas et fecisti
Gaudium utrilibet.</p> <p>2. Tu salutas salutata
Non per loca devia
Sed in domo valde strata
Neptim, cum sit obvia;
Ergo, virgo fecundata,
Esto nobis praevia.</p> <p>3. In tua virginitate
Clausum sensit parvulum
Clausus in sterilitate,
Qui se novit servulum;
Ergo flexit pietate
Gaudenter corpusculum.</p> | <p>4. Mulieribus majorem
Sterilis te citius
Novit, se inferiorem,
Dixit hinc felicius:
Unde mihi dat honorem
Dei mater verius.</p> <p>5. Et idcirco, virgo pia,
Vera spes humilium,
Visita nos hac in via
Orans tuum filium,
Ut det nobis dona dia
Mox in hoc exsilium.</p> <p>6. Praesta pater hoc aeterne
Et per tuum genitum
Causas nostras jam discerne
Mittens sanctum spiritum,
Qui nos vocat ad supernae
Vitae regni meritum.</p> |
|---|--|

Brev. ms. S. Michaelis Burdigalens. saec. 15. Cod. Burdigalens. 86. —
3, 3 clausa Hs. — 4, 3 Vovit Hs. — 4, 5 det honorem Hs.

72. In Visitatione BMV.

Ad Vesp. et Noct.

- | | |
|---|---|
| <p>1. Nunc cantemus de Maria
Deo cum laetitia
Hymnum cordis melodia,
Quo psallat ecclesia,
Festinavit virgo pia
Praestare praesidia.</p> <p>2. In montana haec ascendit
Iter carpens asperum,
Cujus grave parvipendit,
Quamvis gestat filium,
Ad cognatae domum tendit
Regem portans omnium.</p> <p>3. Dum salutat virgo sancta
Oritur laetitia,
Quae haec sit et qualis, quanta,
Hoc probat infantia
Necdum nata neque tanta,
Ut formet eloquia.</p> | <p>4. Clausus infans mox laetatur
Deum secum sentiens,
Cujus mater admiratur
Ad Mariam inquires:
Tua vox, quae hic formatur,
Est laeta perficiens.</p> <p>5. O beata et electa,
Quae credisti Domino,
Fient mox per te perfecta
Verba, quae ab angelo
Audivisti, ne infecta
Maneat annuntio.</p> <p>6. Deo laudem personemus
Summo cum tripudio
Et Mariam collaudemus
Tali sub officio,
Ut ambobus conregnemus
Vivendo in gaudio.</p> |
|---|---|

Brev. ms. Sarisberiense saec. 15. Cod. Londinens. Reg. 2 A XII. — 3, 3 Quae haec fit in qualis Hs. — 5, 2 credisti und 5, 6 annuntio statt annuntiatio sind Formen, deren Korrektur nur auf Kosten der Korrektheit des Versmaßes geschehen könnte. Da der Dichter sich nicht an ihnen gestossen hat, wird es geraten sein, gleiche Toleranz zu üben.

73. In Visitatione BMV.

Ad Laudes.

- | | |
|--|---|
| 1. Verbum ex ore prodiens
Altissimi, ingrediens
Et virginem, qua visitat
Vatem, hic chorus recitat. | 4. Jacob, scripturae conscius,
Tis ultro tamen nescius,
Et verum Deum abnegat,
Quem vates clausus praedicat. |
| 2. Qui finis et principium
Elisabeth et filium
Perunxit in officium
Praeconizandi Dominum. | 5. Mariae salutatio
Vatem levat in utero,
Ut quanto possit gaudio
Exsultet suo Domino. |
| 3. O tua, Deus, opera
Quam sunt inscrutabilia,
A nondum nato nosceris
Inclusus ventre virginis. | 6. Nunc ergo, dilectissimi,
Laudes cantemus virgini
Et cordis cum praeconio
Laudes dicamus Domino. |
| 7. Laus patri sit et filio,
Laus sancto sit spiritui,
Pro humili officio
Laus sit Mariae virgini. | |

Brev. ms. Sarisberiense saec. 15. Cod. Londinens. Reg. 2 A XII. — 4, 1 Jacob hier gleichbedeutend mit Israel, Judaei.

74. In Visitatione BMV.

Ad Laudes.

1. O salutaris micans stella maris,
Generans prolem, aequitatis solem,
Lucis auctorem retinens pudorem,
Suscipe votum.
2. Congratulamur et tuas conamur
Canere laudes, quae Deo congaudes,
Sed non condignis praevalemus hymnis
Dicere totum.
3. Quam veterana traxit in montana
Gressu festinam rosam matutinam,
Te veneramur, per pia precamur
Haec quoque gesta.
4. Vocem Rachelis audias de caelis,
Quae te implorat filiosque plorat
Veni, solare jubar, et solare,
Pelle molesta.

Brev. ms. Senecense saec. 13. Cod. Carpenteractens. 81. A. — Brev. ms. Grassense saec. 14. Cod. Carpenteractens. 43. B. — Brev. ms. Viennense saec. 14. Cod. Parisiens. 1285. C. — Brev. Grassense imp. Lugduni 1528. D. — 1, 2 nostrum gloriae C. — 2, 3 patre C. — 3, 2 firmavit C. — Str. 5 fehlt C.

14. De Transfiguratione DN.

Ad Laudes.

- | | |
|--|---|
| 1. Assumpsit Jesus socios,
Cum ad montem ascenderet,
Hos ut testes et socios
Gloriae suae redderet. | 4. Transfigurati gloriam
Non ferentes discipuli
Standi perdunt potentiam
Lucis fulgore tremuli. |
| 2. Primo Petrum connumera,
Cui Jacobum associates
Et Johannem, ut litera
Testatur, quam reperies. | 5. Cunctis tandem indicitur,
Ne quisquam visa diceret,
Donec, a quo praecipitur,
A mortuis resurgeret. |
| 3. Tria Petrus optaverat
Tabernacula fieri,
Tamquam illud, quod viderat,
Vitae praeferret alteri. | 6. Sit trinitati gloria
Honorque tribus pariter
In una sit essentia
Regnantibus perenniter. |

Brev. ms. Senecense saec. 13. Cod. Carpenteractens. 81. A. — Brev. ms. Grassense saec. 14. Cod. Carpenteractens. 43. B. — Brev. ms. Viennense saec. 14. Cod. Parisiens. 1285. C. — Brev. Grassense imp. Lugduni 1528. D. — 1, 2 in montem C. — 1, 3 testes et consocios D. — 2, 1 Primum cum numera C. — 2, 2 associates C. — Str. 3 fehlt C. — 4, 3 Stantem perdunt C. — Str. 5 fehlt C.

15. De Transfiguratione DN.

Ad Vesp. et Noct.

- | | |
|---|---|
| 1. Fons pietatis culmina
Thabor petens potentiam
Patefecit discipulis
Occultam sui numinis. | 3. Moyses hinc et Elias
Immensas ferunt gratias,
Quod adimplere venerat,
Quae dudum jam praedixerat. |
| 2. Cujus refulsit facies
Velut sol in meridie,
Et corporis velamina
Ut nix facta sunt candida. | 4. Prisci proceres temporis
Intuentes apostoli
Cooperunt Christo dicere:
Bonum est hic consistere. |
| 5. Sed vox de coelo tonuit,
Prostratos illos terruit,
Quos Christus sursum sublevans
Sua confirmat gratia. | |

Brev. ms. Romano-Augustin. saec. 15. Cod. Duacens. 166. A. — Brev. ms. Servorum B. M. V. Venet. anni 1473. Cod. Oxoniens. Douce 314. B. — Psalt. et hymn. ms. Italic. saec. 15. Cod. Oxoniens. Lat. Liturg. a 1. c. C.

16. De Transfiguratione DN.

Ad Laudes.

- | | |
|---|---|
| <p>1. Jesus postquam monstraverat
Tribus coelestem gloriam
Descendens mandat ceteros
Hoc latere discipulos.</p> | <p>3. Arcana surgens reserat,
Clausula pandit aenigmata,
Quae dudum templum texerat,
Sensum pandit, mysteria.</p> |
| <p>2. Nulli liceat dicere,
Devicto mortis principe
Donec filius hominis
Victor surgat a mortuis.</p> | <p>4. Gloria tibi, trinitas,
Aequalis una deitas,
Et ante omnia saecula
Et nunc et in perpetuum.</p> |

Brev. ms. Romano-Augustin. saec. 15. Cod. Duacens. 166. A. — Brev. ms. Servorum B. M. V. Venet. anni 1473 Cod. Oxoniens. Douce 314. B. — Psalt. et hymn. ms. Italic. saec. 15. Cod. Oxoniens. Lat. Liturg. a l. c. C. — In A ist dieser Hymnus mit dem vorhergehenden zu einem verbunden. — 4, 3 1: omne saeculum B.

17. Tempore Quadragesimali.

Ad Vesperas.

- | | |
|--|--|
| <p>1. Ut nox tenebris obsita
Aequans per horas tempora
Ternis quater successibus
Reddit diem mortalibus;</p> | <p>4. Sed armis pudicitiae
Mens fulta vigil libere
Sobrietate comite
Hostem repellat improbum.</p> |
| <p>2. Sic ter quaternis trahitur
Horis dies ad vesperum,
Occasu sol praenuntians
Noctis redire tempora.</p> | <p>5. Sed nec ciborum crapula
Tandem distendat corpora,
Ne vi per somnum animam
Ludificatam polluat.</p> |
| <p>3. Nos ergo signo Domini
Tutemus casta pectora,
Ne serpens ille callidus
Intrandi attemptet aditus,</p> | <p>6. Gloria Deo sit patri,
Gloria unigenito
Una cum sancto spiritu
In sempiterna saecula.</p> |

Hymn. ms. Sangallense (?) saec. 11. Cod. Berolinens. Oct. 1.

18. Tempore Quadragesimali.

- | | |
|--|---|
| <p>1. Ut nox tenebris obsita
Aequans per horas tempora
Ternis quater successibus
Reddit diem mortalibus;</p> | <p>3. Sanctae crucis signaculo
Signamus ora sedulo,
Serpens ut ille callidus
Abhinc recedat longius.</p> |
| <p>2. Sic ter quaternis trahitur
Horis dies ad vesperum,
Sol occidens reciproca
Nocti resignat sidera.</p> | <p>4. Manus pudicis actibus
Et corda puris sensibus
Armentur, ut perterritum
Hostem repellant improbum,</p> |

- | | |
|--|---|
| <p>5. Et ne ciborum crapula
Distendat unquam copora,
Ne somnus ingens incidat
Vagosque mentes opprimat.</p> | <p>6. Haec est deo gratis[sima]
Jejuniorum hostia,
Si corpus et cor sobrium
Noxa carebunt criminum.</p> |
| <p>7. Summo patri sit gloria
Prolique [sit] quam maxima,
Sanctoque sit spiramini
Per cuncta saec(u)la saeculi.</p> | |

Hymn. ms. Sangallense (?) saec. 11. Cod. Berolin. Oct. 1. mit der Überschrift: Item unde supra alio modo; das Lied ist eine Überarbeitung des vorigen.

19. De Sepulchro DN.

Ad Vesp. et Noct.

- | | |
|---|--|
| <p>1. Verbum de coelo prodiit
Novis utens prodigiis,
Coelum clausum aperuit
Ruptis amaris vinculis.</p> | <p>5. Labe reatus liberans
Solvit sanctorum animas
Umbrosasque voragine
Mox illustrat per singulas.</p> |
| <p>2. Spoliatis Aegyptiis
Transit ad claustra carceris
Tremendus et terribilis,
Conturbatis jam impiis.</p> | <p>6. Tremunt videntes Dominum
Infernorum carnifices,
Dulcis sonat vox carminum,
Personat apud coelites.</p> |
| <p>3. Ad sanctorum ergastula
Descendit sed ex infimis
Non egressit collegia
Foedata culpis pessimis.</p> | <p>7. Egrediuntur agmina
Dealbatorum pariter
Possidentia culmina
Coelorum jam feliciter.</p> |
| <p>4. Succumbit tunc imperium
Mortis atque dominium,
Cedunt indomabilium
Manus ferales civium.</p> | <p>8. Nos ipsorum participes
Dator opulentissime,
Fac, ut precamur supplices,
A fauce mortis erue.</p> |

Brev. ms. Brivatense saec. 15. (Privatbesitz) A. — Brev. ms. Claromontense saec. 15. Cod. Parisiens. 1274. B. — Brev. ms. Claromontense saec. 15. Cod. Parisiens. Nouv. acq. 116. C. — 1, 3 clausis BC. — Ruptis fehlt BC.; amoris BC. — 2, 2 claustrum A. — 3, 3 ejecit BC. — 6, 1 Tremunt A. — 6, 4 coelites BC. — 7, 3 Possidentes A. — 8, 2 epulantissime A. — 8, 4 eripe A.

20. De Sepulchro DN.

Ad Laudes.

- | | |
|--|---|
| <p>1. Rex gloriose nimium
Triumphatorque zabuli,
Mortis tenens imperium
Inhabitor tumuli.</p> | <p>3. De corde terrae floridus
Ascendit hic spectabilis,
Qui prius velut marcidus
Aruerat horribilis.</p> |
| <p>2. Accubuisti dulciter
Obstrusus in cubiculo,
Qui ut leo velociter
Resurrexisti clanculo.</p> | <p>4. Felix Joseph, qui tumulum
Tuum dedisti Domino
Et contemnens periculum
Sepelivisti patulo.</p> |

- | | |
|---|---|
| <p>5. O quam formosus claruit
Indutus stola gloriae,
Ortus ut sol exsiluit
De sepulchri congerie.</p> | <p>6. Aequalis est haec unio,
Quae in sepulchro nectitur,
Haec jam non est opinio,
Sed fides vera cernitur.</p> |
|---|---|
7. Nos in die novissimo,
Pater, per unigenitum
In statu praeclarissimo
Suscita in perpetuum.

Brev. ms. Brivatense saec. 15. A. — Brev. ms. Claromontense saec. 15. Cod. Parisiens. 1274 B. — Brev. ms. Claromontense saec. 15. Cod. Parisiens. Nouv. acq. 116. C. — Mit diesem Hymnus ist zu vergleichen Anal. Hymn. IV. Nr. 26. — 1, 4 Inhabitor zabuli BC, saeculi A; vgl. Anal. l. c. — 2, 1 Occubuisti BC. — 7, 2 per fehlt BC; pro unigenito A. — 7, 3 in strato B.

21. In Resurrectione Domini.

1. Salve, rex Sabaoth, victor a morte resurgens,
Cui placuit tristem laetificare diem.
2. Gloria, Christe, tuis maneat per saecula triumphis,
Cui mors ultra nocens non dominabitur hic.
3. Rex, hodie tecum surrexit vita tuorum,
Unde tibi laudes cithara nostra sonat.
4. Nunc superata tuis mors languet amara triumphis
In qua nostra semel mortua vita fuit.
5. Salve sancta dies, salve resurrectio sancta,
Jam concussa gemit mors inimica tibi.
6. Jam tibi Christe tui referunt sua vota redempti,
Victoria morte obvia turba canit.
7. Euge, beata dies, tantis radiata lucernis.
Salve semper ave, lux hodierna vale!
8. Haec nox sancta dies, nobis reparavit amoena,
Qui mulierum oculis clarior enituit.
9. Tunc placuere tibi mulieres facta sacratiss
Et vota obsequiis grata fuere tuis;
10. Nunc placeant tibi, rex, famulorum vota clientum,
Qui cupiunt solum te reamare Deum.

Cod. Mazarineus 1707 (H 1318) saec. 10/11. Nach jedem Distichon wiederholt sich als Rundreim: Salve rex resurgens morte. — 4, 1 languescit Hs.

22. In Resurrectione DN.

- | | |
|---|---|
| <p>1. O dulcis hora et fulgida,
Mysteriorum conscia,
In qua orbis ille conditor
Regressus est a tartaris.</p> | <p>2. Salve, redemptor gentium,
Pergens triumpho inclito,
Lamenta per quem tristitia
Conversa sunt in gaudia.</p> |
|---|---|
3. Gloria tibi Domine.

Psalt. et. hymn. ms. S. Vincentii Cenomannens. saec. 15. Cod. Cenomannens 134.

23. In Resurrectione DN.

- | | |
|---|--|
| 1. Quicumque fletis mortuum
Christum sepulchro conditum,
Moerore cordis ablato
Laetamini jam redditum. | 2. Surrexit, ipse ut dixerat,
Die redemptor tertia,
Carne tumulo condita
Corruptionis nescia. |
| 3. Cum vultus ille nobilis
Refulsit orbi ab inferis,
Et mors vorata corrui,
Quando sepulchro rediit. | |

Psalt. et hymn. ms. S. Vincentii Cenomannens. saec. 15. Cod. Cenomannens.
134. — Doxologie: Gloria tibi Domine. — 1, 1 Quicumque fletu mortium Hs.

24. In Inventione s. Crucis.

1. Christe, rex regum, dominator orbis,
Angelorum lux, hominum redemptor,
Vita, pax, virtus, via, spes salusque
Unica mundi.
2. Debitas laudes meritasque grates
Corde devoto tibi deferentes
Intimo mentis gemitu precamur,
Erige lapsos.
3. Quos redemisti proprio cruore
In crucis ligno patulas cruentos
Per manus fixos tolerando clavos,
Christe redemptor.
4. Inde cum stauros labaro profectus
Desuper caeli valida phalange
Terra bellator spoliando mortis
Regna petisti.
5. Morte vastata, Phlegetonte fracto
Cum triumphali remeans trophaeo
In throno patris resides gubernans
Saecula cuncta.
6. Dulce per lignum celebresque clavos
Et sacrosanctum lateris cruorem
Nos tuos semper famulos tuere
Fraudibus hostis.
7. Aufer a nobis procul effugando,
Quidquid humanae noceat saluti,
Daque consortes fieri tuorum
Perpete regno.

8. Laus Deo patri patris atque nato,
 Laus, honor, virtus tibi, pneuma sanctum,
 Nunc et aeterno celebretur aevo
 Continuatim.

Hymn. ms. Sangallens. (?) saec. 11. Cod. Berolinen. Oct. 1. A. — Hymn.
 ms. Sangallens. 18 saec. 12. B. — Hymn. ms. Sangallens. 387 saec. 11. C.

25. In Inventionē s. Crucis.

Ad Vesperas.

- | | |
|--|---|
| 1. Splendor superni luminis,
Totius orbis conditor,
Christe, redemptor omnium,
Adesto nostris sensibus. | 4. Haec ara est, tu victima,
Haec mensa, tu es hostia,
Haec arbor salutifera,
Tu esca botri coelica. |
| 2. Dum mente clara pangimus
Almae crucis mysterium,
Cujus tibi solemnitas
Exigit odas maximas. | 5. Quae sola digna cernitur
Jam ferre mundi pretium,
Regem coelorum Dominum
Et nationum omnium. |
| 3. In hac salus, redemptio,
Vita et resurrectio,
Qua gloriari convenit
Hoste fugato noxio. | 6. Cui omne genu flectitur,
Coelestium, terrestrium
Et infernorum, publice
Dei fatentur filium. |

7. Jesu, Dei verbum Deus,
 Largire nunc fidelibus
 Nullo fuscari crimine
 Tuo redemptos sanguine.

Brev. ms. Eduense saec. 13. Cod. Belnens. 26. A. — Antiph. ms. Eduense
 saec. 13/14. Cod. Semin. Eduens. 11. B. — Brev. ms. Eduense saec. 15. Cod.
 Carpenteractens. 78. C. — Brev. ms. Belnense saec. 15. Cod. Divionens. 112.
 D. — Brev. ms. Eduense saec. 15. Cod. Semin. Eduens. 135. E. — Brev.
 Belnense imp. s. l. et a. F. — 1, 1 Splendor paterni F.

26. In Exaltatione s. Crucis.

1. Adsunt, o socii, festa diei,
 In quo catholicae plebs aciei
 Christi laude crucem regis honorat,
 Quam flexis genibus mundus adorat.
2. Victrix Heraclii regia dextra,
 Jus regni moderans intus et extra,
 Persarum populis cornua fregit
 Et verae fidei regna subegit.
3. Cui miranda crucis signa ferenti
 Et laudes Domino corde canenti
 Occurrunt populi, patria turbae
 Fit vox Jerusalem laudis in urbe.

4. Haec est illa dies, plena decore,
Quem cunctus venerans orbis honore
Exaltansque crucis gaudia festa
Replet laetitia pectora maesta.
5. Humani generis summe redemptor,
Mortis morte tua, Christe, peremptor,
Armis vivifici protege ligni,
Ne nos corda ruant fraude maligni.
6. Cives aetherei nos tueantur,
Virtutes animo ne moriantur,
Sit per cuncta Deo saecula regnum,
Virtus, doxa, salus nunc et in aevum.

Hymn. Anglo-Saxon. saec. 11. Cod. Londinens. Jul. A VI. add. saec. 12. ex.

27. In Exaltatione s. Crucis.

- | | |
|--|--|
| 1. Protector omnium Deus,
Infunde nostris oculis
Magnam crucis dominicae
Victoriam psallentibus. | 4. Pulsetur aether vocibus,
Coelum resultet laudibus
Et personent terrestria
Scandentem ad coelestia. |
| 2. Qua prodeunte noxia
Castra fugantur daemonum,
Mors cujus est in stipite
Sacro perempta sanguine. | 5. Indigna, Christe, remove,
Clemens veniam tribue,
Affer praedulces epulas,
Quo te fruamur jugiter. |
| 3. Jesu redemptor, adspice,
Qui devios amplecteris,
Nosque Deo concilia,
Reple tuo nos spiritu. | 6. Sit trinitati gloria,
Virtus, potestas, claritas,
Laus, honor in perpetuum
Per infinita saecula. |

Psalt. et. hymn. ms. S. Vincentii Cenomannens. saec. 15. Cod. Cenomannens. 134. — 1, 3 Magna Hs. — 4, 3 personant Hs. — 5, 1 Indigna Christi Hs.

28. In Exaltatione s. Crucis.

In 1. Vesperis.

- | | |
|---|--|
| 1. Salve, vitae lignum,
Sacrum crucis signum,
Salve, noster honor,
Mortis delens onus. | 2. Per te mors destructa
Et vita reducta,
Per te nos salvet Christus
Dudum in te fixus. |
| 3. Sit laus patri summo,
Ejus quoque nato,
Spiritus sancto
Saecla per aeterna. | |

Brev. Elnense imp. Perpiniani anno 1500.

29. Tempore aestatis.

1. Dura quae gignit et amara cunctis
Tempus aestivum resonare cogor,
Saphico tristi modulante versu,
Omnia passus.
2. Nunc polus Phoebi nimio calore
Aestifer flagrat fluviosque siccatur,
Intonat tristi jaculansque vibrat
Fulmina dira.
3. Ingruit imber inimicus uvis,
Flore nam suevit spoliare vites,
Spem quoque frugum populat nivosis
Grando lapillis.
4. Bufo nunc turgescit et amica silvis
Vipera laedit gelidusque serpens,
Scorpius ictu vigilat paratque
Stellio pestem.
5. Musca nunc saevit piceaeque blatta
Et culex mordax olidusque cimex,
Suetus in nocte vigilare pulex
Corpora pungit.
6. Tolle tot monstra, Deus, imprecanti,
Pelle languorem, tribue quietem,
Ut queam gratas placido sopore
Carpere noctes.

Cod. Parisien. 2832 saec. 9. — Der Hymnus ist verwandt mit den ähnlichen des Mozarabischen Breviers bei Dürre, Kriegsgefahr, Überschwemmung (Daniel I, 29, 31, 112, 114), und mag hier in der Kreuzwoche seine Stelle finden, obschon sein liturgischer Gebrauch mehr denn zweifelhaft ist.

30. In Festo Pentecostes.

Ad Completorium.

- | | |
|--|--|
| 1. Illuminator omnium
In saeculo fidelium,
Patris natiue spiritus,
Communiter paraclitus; | 3. Dignare clemens ingeri
Nostro, precamur, pectori
Tuumque nos, piissime,
Templum misertus effice. |
| 2. Tu septiformis gratia
Apostolorum pectora
Illuminans in igneis
Linguis in ipsos veniens, | 4. Quo luce spiritualium
Pulsis probis charismatum
In mente semper sanctitas,
In carne regnet castitas. |
5. Praesta pater piissime.

Psalt. et hymn. ms. Cameracens. saec. 12/13. Cod. Cameracens. 31. A. —
Hymn. ms. Cameracens. saec. 15. Cod. Cameracens. 32. B. — 4, 2 chris-
matum A.

31. In die sancto Pentecostes.

Ad Processionem.

1. Sanctus terrarum qui repleas spiritus orbem,
Quaesumus, in nostris cordibus esto pius.
2. Illustret, petimus, nostras tua gratia mentes,
Semper ut in nobis certa fides maneat
3. Credendi, quoniam procedens attamen idem
Cum patre cum nato, Deus es omnipotens.
4. Procedis, non divideris, spirans, ubi temet
Consors consimilis par deitasque vehet.
5. Clemens corda rigas sanctorum rore superno,
Pectore tu nostro conresides, Domine.

Process. ms. Cremifanense 309 saec. 12/13. — 1, 1 repleas Hs. — 3, 1
quoniam proelemens Hs. — 5, 2 conreside Hs.

32. De Corpore Christi.

Ad Primam.

- | | |
|---|---|
| <ol style="list-style-type: none"> 1. Jam lucis orto sidere
Sacramenti mysterium
Corde, ore et opere
Psallat turba fidelium. | <ol style="list-style-type: none"> 2. Ut nos servet a crimine,
Qui pro salute omnium
Natus fuit de virgine
Et passus mortis taedium. |
| <ol style="list-style-type: none"> 3. Deo patri sit gloria
Ejusque soli filio,
Qui sacramenti gratia
Nos coronet in praemio. | |

Brev. ms. S. Petri Carnotens. saec. 14. Cod. Carnotens. 546. (292 bis).
A. — Brev. ms. S. Petri Carnotens. saec. 14 in. Cod. Carnotens. 554. B. —
Brev. ms. S. Petri Carnotens. saec. 15. Cod. Carnotens. 572. C.

33. De Corpore Christi.

Ad Tertiam.

- | | |
|--|--|
| <ol style="list-style-type: none"> 1. Hora diei tertia
Psallat coetus fidelium
Celebrans cum laetitia
Sacramenti mysterium. | <ol style="list-style-type: none"> 2. Hic est panis angelicus,
Animarum refectio,
Quem colit ordo coelicus
In coelesti palatio. |
| <ol style="list-style-type: none"> 3. Deo patri sit gloria. | |

Brev. ms. S. Petri Carnotens. saec. 14. Cod. Carnotens. 546 (292 bis).
A. — Brev. ms. S. Petri Carnotens. saec. 14 in. Cod. Carnotens. 554. B. —
Brev. ms. S. Petri Carnotens. saec. 15. Cod. Carnotens. 572. C.

34. De Corpore Christi.

Ad Sextam.

- | | |
|---|---|
| 1. Rector potens, verax Deus,
Per crucem et opprobria
Dedit victor idoneus
Beata nobis gaudia. | 2. Exsultet coelum laudibus
De te, qui es refectio
Sanctae Sion fidelibus,
Jesu, nostra redemptio. |
| 3. Tibi, Christe, splendor patris,
Sit laus, decus, imperium,
Salva nos per preces matris
Et corporis mysterium. | |

Brev. ms. S. Petri Carnotens. saec. 14. Cod. Carnotens. 546 (292 bis).
A. — Brev. ms. S. Petri Carnotens. saec. 14 in. Cod. Carnotens. 554. B. —
Brev. ms. S. Petri Carnotens. saec. 15. Cod. Carnotens. 572. C.

35. De Corpore Christi.

Ad Nonam.

- | | |
|--|---|
| 1. Rerum, Deus, tenax vigor,
Nobis datus in specie
Panis, esto noster rigor,
Splendor paternae gloriae. | 2. Aeternae rex altissime,
Salva corpus et sanguinem
Confidentes purissime
Deum esse et hominem. |
| 3. Uni trinoque Domino
Sit sempiterna gloria,
Qui vitam sine termino
Nobis donet in patria. | |

Brev. ms. S. Petri Carnotens. saec. 14. Cod. Carnotens. 546 (292 bis).
A. — Brev. ms. S. Petri Carnotens. saec. 14 in. Cod. Carnotens. 554. B. —
Brev. ms. S. Petri Carnotens. saec. 15. Cod. Carnotens. 572. C.

36. De Corpore Christi.

Ad Completorium.

1. Quam bona gratia, quam grata bonitas,
Mira remedia ut summa caritas,
Mortis dispendia, haec ne fragilitas
Ingerat odia, consulit deitas.
2. Qua sua colitur mors, culpa tergitur,
Poena minuitur, virtus intenditur,
Firmior redditur, hostis repellitur,
Si digne sumitur, ad quod conficitur.

3. Mortis dominicae qui sacra colimus,
Nos decet mystice sequi, quod agimus,
Carni vivificae si jungi cupimus,
Qua nos mirifice pascit altissimus.
4. Hujus clementia se dat edulia
Mundo salubria, quae via regia
Sunt traductoria ad mundi gaudia,
Ubi pax, gloria et Deus omnia.
5. Pater et filius atque concordia,
Aeternae gloriae donent communia,
Ut sine termino laudum praeconia
Solvamus jugiter in vera patria.

Brev. ms. S. Petri Carnotens. saec. 14 in. Cod. Carnotens. 554. A. —
Brev. ms. S. Petri Carnotens. anni 1499. Cod. Carnotens. 569. B. — Brev.
ms. S. Petri Carnotens. saec. 15. Cod. Carnotens. 572. C.

37. In Festo Corporis Christi.

Ad Processionem.

1. Salve, festa dies, toto venerabilis aevo,
Qua caro Messiae fit cibus ecclesiae.
2. Christus in coena turba cinctus duodena
Se tenet in manu, se cibatur ille cibus.
3. Te merito, Christe, jubilans laudat chorus iste,
Cui vitam caro dat tua sancta caro.
4. Sic decrevistis, sic pascere nos voluistis,
Tu cum sis vita, nos pie pascis ita.
5. Fit caro de pane, vinum cruor, haec duo plane
Christus discipulis dat memoranda suis.
6. Hic cibus, hic potus causat, quod numine totus
Sumens plenus erit, si bene crediderit.
7. Si credis, comedis si, non sine luce recedis,
Ergo cibus vitae non juvat absque fide.
8. Crede Deum Christum fore, qui panem dedit istum,
Qui negat esse Deum, mens mala perdat eum.
9. Qui capit indigne, iudex se puniet igne,
Qui digne capiunt, hi bene proficiunt.
10. Lumbos cingentes, pedibus tegumenta ferentes,
Sint baculi manibus, et valet iste cibus.
11. Casta caro, mundum sit cor, cruce contere mundum,
Sumere tunc poteris, quo bene pastus eris.

12. Non caro sola cibo dare vitam sola nequibo,
Solaque quod nequeo, do caro juncta Deo.
13. Panis vivifici virtus praestet, quod amici
Possumus esse Dei. Gratia semper ei!

Process. ms. S. Osithae saec. 15 ex. Cod. Oxoniens. Laud. Miscell. 329.

38. De Sanctis Reliquiis.

Ad Vesperas.

- | | |
|--|---|
| 1. Beata nobis gaudia
Lux haec sollemnis attulit,
Christi pandens insignia,
Quibus superbum perculit. | 4. Hic vestis inconsutilis
Colatur et purpurea,
Crux arbor una nobilis
Atque corona spinea. |
| 2. Beatae crucis brachiis
Pependit auctor saeculi,
Exponens se pro impiis,
Spes, vita, salus populi. | 5. Beata lux et celebris
Tantis clarens magnalibus,
Quibus in mortis tenebris
Lux orta est sedentibus. |
| 3. Beati, quorum oculi
Christi gaudent sudario,
Corona, parte tumuli
Et cruoris profluvio. | 6. Beata tibi trinitas,
Horum dator magnalium,
Laudes solventes debitas
Nos due ad coeli gaudium. |

Hymn. ms. S. Germani a Pratis saec. 14. Cod. Parisiens. 12040. A. —
Brev. ms. Johannaebroicae, Reginae Franciae † 1371 (Privatbesitz) B. —
Brev. ms. Xanctonense (?) saec. 15. Cod. Parisinus (ol. S. Germani a Pratis)
13233. C. — Das Lied steht an dieser Stelle, weil es über Reliquien des
Herrn handelt, die man zu besitzen glaubte. In BC lautet St. 4:

Beata sunt donaria
Christi sceptrum et lancea,
Panni, catena, spongia,
Crux et chlamys coccinea.

39. De sanctis reliquiis.

Ad Nocturnum.

- | | |
|--|---|
| 1. Psallat chorus fidelium
Sedulo mentis júbilo,
Noctis frangat silentium
Nocturno plaudens júbilo. | 3. Hic capillorum portio
Veneretur et lintheus,
Sepulchrum cum sudario
Lacque matris et virginis. |
| 2. O quanta decent gaudia
Subjectum Christo populum,
Quem collaudant insignia,
Quibus confudit zabalum. | 4. Hujus chorus ecclesiae
Colat pannos infantiae
Christi sanguinemque pium,
Nostrae salutis pretium. |
| 5. Gloria tibi, trinitas,
Et gratiarum actio,
Cujus immensa bonitas
Nos tanto replet gaudio. | |

Hymn. ms. S. Germani a Pratis saec. 14. Cod. Parisiens. 12040. A. —
Brev. ms. Xanctonense (?) saec. 15. Cod. Parisiens. 13233. B. — 2, 3 Dum
collaudat insignia, was nach einer verbessernden Hand schmeckt B. — Von
Str. 3 an weicht B ab:

- | | |
|---|--|
| 3. Haec sunt crux, sanguis, lancea,
Sceptrum, corona spinea,
Clavis, sepulchri portio,
Catena cum sudario. | Lac, partem pepli virginis
Et sanguinem imaginis. |
| 4. Laudet chorus infantiae
Pannos cum parte spongiae, | 5. Laudet Clementem, Blasium,
Baptistam Christi praevium
Cum Simeone, capita
Quorum laus decet inclita. |
| 6. Gloria tibi, trinitas. | |

40. De Sanctis Reliquiis.

Ad Laudes.

- | | |
|---|--|
| 1. Plaudat chorus fidelium
Cum matutinis laudibus
Christi cantans praeconium
Cordis et oris nisibus. | 4. Est digna laudum munio
Virgo mater per saecula,
Cujus est grata datio
Lac cum pepli particula. |
| 2. Hic nobis arma tribuit
In amoris signaculum,
Quibus nos victor eruit
A morte vincens aemulum. | 5. Laudum solvamus munia
Sanctis Dei martyribus,
Quorum nostra solemnna
Digne gaudent capitibus. |
| 3. Laudet et laudans ferveat
Redemptorum devotio,
Quos tantis donis recreat
Redemptoris dilectio. | 6. Patri, nato, spiritui
Sit laus semper et gloria,
Qui nos dent festis perfrui
Aeternis post praesentia. |

Brev. ms. S. Germani a Pratis saec. 14. Cod. Parisiens. 13239. A. —
Brev. ms. Xanctonense (?) saec. 15. Cod. Parisiens. 13233. B. — Brev. ms.
Johannae Ebroicae, reginae Franciae C. — 1, 1 chorus psallentium BC. —
4, 4 Lactis ejus particula A.

41. In Exsequis Defuncti.

- | | |
|--|---|
| 1. Auctor salutis hominum,
Jesu, nostrum refugium,
Te invocamus cernui,
Etsi indigni famuli,
Ut eum, pro quo petimus,
Reddas coelorum civibus
Suffragantibus coelicis
Patriarcharum cuneis. | 2. Beata vere civitas,
Quam illustrat divinitas,
Hierusalem, coelestibus
Exornata lapidibus,
In quorum aedificio
Sit prophetarum merito,
Quem tibi, Jesu Domine,
Commendamus pia fide. |
|--|---|

3. Compassionis gratia
Christi perfecta caritas
Carnis sumpsit exuvias,
Ut dirae mortis compedes
Sua morte dissolveret,
Cujus sancti apostoli
Obtineant ex meritis,
Ut hic vivat in Domino,
Qui est defunctus saeculo.

Cod. Oxoniens. Bodl. 572. add. saec. ¹¹/₁₂. Die Handschrift enthält an dieser Stelle eine Reihe von Antiphonen, von denen obige die ersten. Darauf folgen andere in Prosa, die weder durch fortlaufenden Sinn noch weitergehenden Abedarismus mit jenen verknüpft sind. Diese drei Strophen sind entweder der Anfang eines vollständigen Alphabetums, dessen Rest verloren ist, oder aber ein Ganzes; denn es finden sich auch Abedarische Lieder von 3, 5, 6 Strophen, sehr oft solche mit den drei ersten, oder aber den drei letzten Buchstaben des Alphabets.

II.

DE BEATA.

5. O mediatrix, orbis reparatrix,
Gaudium maestis, mundi lux coelestis,
Pace serena populum serena
Simul et clerum.
6. Summo gignenti sit tibi mittenti,
Ex te nascenti proli prominenti
Ac procedenti, supervenienti
Laus tota rerum.

Brev. ms. Sarisberiense saec. 15. Cod. Londinens. Reg. 2 A XIV add. saec. 15 ex. A. — Brev. ms. S. Johannis Dublinens. saec. 15. Cod. Collegii ss. Trinitatis Dublinens. B 1. 4. B. — Brev. Aberdonense imp. Edinburgae 1510. C.

75. De visitatione BMV.

In Vesperis.

- | | |
|--|---|
| 1. Salve sponsa Dei,
Sacra parens verbi,
Jura tenens clara
Virginis et matris. | 4. Mater mox beata
Munere factoris
Portaque coelestis
Fatur a consorte. |
| 2. Flammaque splendente
Pneumatis ardentis
Scandis artum Pindum
Rura petens gnatae. | 5. Tectus in angusto
Dum puer exsultat,
Mirum pandit opus
Numine formatum. |
| 3. Quam fides et fervor,
Spes animi vera,
Sermo prophetiae
Firmant absque mora. | 6. Dona redemptoris
Inde canat chorus,
Unde gratulantur
Pignora sanctorum. |
| 7. Patri sit immenso
Gloria perennis
Atque nato verbo
Flamine cum sancto. | |

Brev. ms. Romano-Franciscan. saec. 15. Cod. Parisiens. 760 A. — Brev. ms. Romano-Augustin. saec. 15. Cod. Londinens. Harl. 2872. B. — 2, 4 gnatae hier gleich cognatae. — 3, 4 Firmans A.

76. De visitatione BMV.

Ad Matutinum.

1. Sator aeternus tempore statuto
Crimen disponens tollere commissum
Nasci de matre verbum coaeternum
Virgine mandat.
2. Mox paranympheus lares petit sponsae,
Technas confirmat sterilis exemplo,
Nec protelatur humile responsum:
Fiat honeste.

3. Nascitur verbum tempora praecedens,
Junguntur jura virginis et matris,
O res miranda, sequitur exemplum
Satrix et virgo.
4. Erga parentem dirigit mox fides,
Spes in ascensum gressus format leves,
Montis in summo caritas monstratur
Osculo sancto.
5. Mentis excessu partus exsultavit
Inter materna viscera locatus,
Voxque beatum clamat genitricem,
Lucide probat.
6. Felix hic actus, quo mater et natus
Munera captant nimium stupenda,
Illa prophetat, iste gratulatur
Ventris in antro.
7. Summo parenti genitoque verbo,
Flamini sancto gloria perennis,
Quorum afflatu genitrix et proles
Christum adorant.

Brev. ms. Romano-Franciscan. saec. 15. Cod. Parisiens. 760. — 2, 2 Teclas confirmat Hs.

77. In Visitatione BMV.

- | | |
|--|---|
| <ol style="list-style-type: none"> 1. Salve Deo digna,
Coelorum regina,
Deitatis cella,
Mundi fulgens stella. 2. Angelus dum fatur
Tecum, in te datur
Partus, qui salvator
Est et nuncupatur. 3. Quem dum concepisti,
Statim abiisti,
Nuntians hunc dignis
Prodentibus signis. 4. Nam infans exsultat,
Matrem dum salutas,
Datque laetos plausus
Adhuc alvo clausus. | <ol style="list-style-type: none"> 5. Elisabeth dicit:
Unde mihi hoc fit,
Quod ad me tu venis,
Mater Dei cum sis. 6. Confer nobis illum
Fructum benedictum,
Qui processit ex te
Salva castitate. 7. Dele culpas, iram
Seda, praesta vitam,
Da corde sincero
Frui manna vero. 8. Honor patri, nato,
Laus spiritui sancto,
Decus sit, qui trinus,
Decus sit, et unus. |
|--|---|

Brev. ms. Lubicense saec. 15. s. n. A. — Brev. Bremense imp. Coloniae 1496. B. — Diurn. Caminense imp. Lipsiae 1519. C. — Brev. Caminense imp. Basileae 1521. D. — 3, 4 Prudentibus signis C. — 4, 1 Jam infans B. — 4, 2 salutat B. — 8, 1 Laus patri, laus nato C.

78. De Visitatione BMV.

Ad Processionem.

1. Salve, festa dies, toto venerabilis aevo,
Qua Christi mater visitat Elisabeth.
2. Sidereum virgo postquam paritura parentem
Sumpserat in gremium ventre tumente Deum,
3. Mox montana domum Zachariae petit alta
Cognatam quaerens, laeta salutat eam.
4. Virginis ac sacra cum vox penetraverat auras
Elisabeth, puer in ventre jocando salit.
5. Res est quidem mira, quis talia coeperat alta,
Ut Dominus servum visitet ipse suum.
6. Filius et mater sacrato neumate pleni,
Feta Jesu verba cum prius ediderit.
7. Exclamans magna voce inquit cana senectus:
In mulieribus es tu benedicta magis,
8. Atque tui ventris fructus laudetur in aevum,
Qui mihi cum nato gaudia tanta dedit.
9. Unde mihi veniat quod mater et arca tonantis
Id fieri meritis non reputabo meis.

Process. ms. S. Osithae in Essexia saec. 15 ex. Cod. Oxoniens. Laud.
Miscell. 329.

79. De Compassione BMV.

Ad Vesperas.

1. Plangas cum lacrymis, turba fidelium,
Quae mortem recolis heu nimis asperam,
Quam pro te statuit in cruce perpeti
Christus, conditor omnium.
2. Hic semper patrio pectore nascitur,
Hunc nobis genuit virgo puerpera,
Ut culpa veteris debita solveret
Offenso nimium patri.
3. Hinc se subdiderat mille laboribus,
Non auro redimens crimine perditos,
Sed sacrum maluit fundere sanguinem,
Nec majus pretium fuit.
4. Verum quae poterit lingua retexere,
Poenas, Christe, tuas heu nimium graves,
Nimirum genitrix quas tua diceret
Cordis cum gemitu sui.

5. Quae tristis steterat sub trabe lignea
Fundens et lacrimas anxia plurimas,
Cujus cor gladius tunc penetraverat,
Dum vidit tua vulnera.
6. Blasphemant miseri, mater et audiit,
Non murmur resonat nec quaerimonia,
Implenturque tamen corda doloribus
Servata patientia.
7. Oramus, domina martyr et inclita,
Per sacri rosea vulnera germinis
Praestes auxilium supplicibus tuis
Inter mille pericula.
8. Ut dum tempus erit corpora linguere,
Ne nos tunc barathrum natus in horridum
Trudat sed faciat sumere largiter
Cum justis bona praemia.
9. Sit laus, virtus, honor, summe pater, tibi
Sancto cum genito cumque paraclito,
Qui cunctis veniam das pereuntibus
Per nati pia vulnera.

Brev. ms. Eremit. S. Augustini saec. 15. Cod. Oxoniens. Miscell. Liturg.
253. A. — Brev. Lubicense imp. absque. B. — Brev. Havelbergense imp.
Lipsiae 1518. C. — Diurn. Caminense imp. Lipsiae 1519. D. — A nur Str.
1. 3. 4. 5. 9.

80. De Compassione BMV.

Ad Nocturnum.

- | | |
|--|--|
| 1. Matris beatae viscera
Commota sunt, dum filius
Extensus in crucis trabe
Sacrum cruorem funderet. | 4. O martyr invictissima,
Fortissimorum fortior,
Dolore poscimus tuo,
Nunc corda nostra vulneres, |
| 2. Vidit manus, pedes suos
Stillare rubrum sanguinem,
Vidit sacratum verticem
Diris foratum sentibus. | 5. Regnator ut Christus Deus
Nos jungat almis sedibus
Suaeque collegas crucis
Larga coronet dextera. |
| 3. Vultum decorum filii
Sputisque vidit illitum,
Flet virgo mater inclita
Consors dolorum tristium. | 6. Te, summa trinitas Deus,
Collaudat omnis spiritus,
Quos per crucis mysterium
Salvas, rege per saecula. |

Brev. Lubicense imp. s. l. et a. A. — Brev. Halberstadiense imp. Lip-
siae 1518 B. — Diurn. Caminense imp. Lipsiae 1519. C.

81. De Compassione BMV.

1. Stabat ad lignum crucis anxiosa
Ex dolorosa crucifixione
Filii Jesu lacrimis profusis
Inclita mater.
2. Quis tuos posset gemitus referre
Ac abundanter lacrimas fluentes,
Corde transfixo, Simeon ut inquit,
Ense doloris.
3. Quos fugis natum pariens labores,
Hos eo passo cumulata plusquam
Millibus pensas, animi dolore
Sub cruce martyris.
4. Missus ut dixit Gabriel Olympo:
Filium summi paries tonantis,
Voce jucunda Dominum canendo
Magnificabas.
5. Moesta nunc audis probra perfidorum
Qui negant Christum sibi destinatum;
Liberet, clamant, cruce se, Dei si
Filius hic est.
6. Fac, ut adstemus tibi condolentes,
Christe, cum matre cruce sub cruenta
Cordium veris lacrimis in hujus
Tempore vitae.
7. Ut revelata facie perennis
Gloriae tandem patria superna
Cum tua matre mereamur et nos
Esse beati.
8. Hoc pater tecum, hoc idem sacratus
Praestet amborum, pie Christe, flatus,
Cum quibus regnas Deus unus omni
Jugiter aevo.

Brev. Spirensis imp. Venetiis 1509.

82. De Compassione BMV.

Ad Vesperas.

1. Adsunt probra matris Jesu nate patris,
Quae nos modulemur, digne veneremur,
Nobis sint honori, cum contingit mori,
Labamur ne supplicio.
2. Quae vox aut quae lingua nobis reserabit,
Quanta vis doloris divam molestavit,
Dum exui carnes supplicio gaudet
Praemori atque filio.

3. Quantum est afflicta illa benedicta,
Attente signate, laudes corruscate,
Nam pertulit corde, quae conditor carne,
Augentur sic angustiae.
4. Nocte dum media Christus captivatur,
Annae mox praedio vinctus praesentatur,
Quo comperto mater stupuit dolore,
Sic crevit vulnus vulnere.
5. Virgo dum auscultat ictus in tormentis
Jesu propugnantis vulnus suae gentis,
Aruit moerore perduto decore
Dilecti unigeniti.
6. Coelum, terra, mare, vide desolatum,
Vinctum, trusum, caesum, perfidis prostratum,
Mihi compatere, adjuva ploratum
Pro tanta poena filii.
7. Nati juxta crucem nos fac tecum stare,
Deservire, virgo, sic coelesti arae,
Paradisi pratis ut laetemur vere
Cruenta per passagia.
8. Pater nobis donet immortalitatis
Locum, Christus cibum verae caritatis,
Paracletus rivum suae voluptatis
Messiae per supplicia.
9. Gloria sit trino Domino et uni,
Nobis qui gaudia praestet reserata,
Per natum promissa, flamine praevisa
Per infinita saecula.

Brev. ms. Zutphaniense saec. 15. Cod. Bollandian. s. n. A. — B
Sleswicense imp. in Sleswic 1512. B. — 5, 3 memoriae B. — Das Li
soll nach dem Schema von Sanctorum meritis oder Sacris solemniiis geh

83. In Assumptione BMV.

Ad Laudes.

1. Virgo Dei genitrix, quem totus non capit orbis,
In tua se clausit viscera factus homo.
2. Vera fides geniti purgavit crimina mundi,
Et tibi virginitas inviolata manet.
3. Te matrem pietatis opem te clamat orbis,
Subvenias famulis, o benedicta tuis.
4. Gloria magna patri, compar tibi gloria, nate,
Cum sancto spiritu gloria magna patri.

Antiph. ms. Eduense saec. 13 in. Cod. Semin. Eduens. 151*. A. — Brev.
ms. Bituricense saec. 14. Cod. Parisiens. 475. B. — Brev. ms. Parisiense saec.
15. Cod. Parisiens. 476. C. — Brev. ms. Eduense saec. 15. Cod. Semin. Edu-
ens. 135. D. — Brev. Noviomense imp. Parisiis 1515. E. — Brev. Senonense
imp. Parisiis 1519. F.

84. In Assumptione BMV.

Ad Tertiam.

- | | |
|---|--|
| 1. Rex pretiose luminum,
Post te, virgo, currentium
Sol angelorum sensibus
Illabere credentium. | 3. Haec conditorem siderum,
Haec largitorem munerum,
Splendorem patris unicum
Gestavit intra viscera. |
| 2. Quod digne laudes virginis
Sacrae matrisque Domini
Devota mente debitas
Nunc valeamus plaudere. | 4. Gloria tibi, Domine,
Qui natus es de virgine,
Cum patre, sancto spiritu
In sempiterna saecula. |

Brev. ms. S. Trinitatis Pictaviens. saec. 15. Cod. Semin. Pictaviens. s. n.

85. In Assumptione BMV.

Ad Sextam.

- | | |
|---|--|
| 1. Quem aula non capit poli
Nec mare, tellus, insulae,
Alvus Mariae virginis
Nutu Dei jam bajulat. | 3. Ne vitiemur penitus
Corruptionis vulnere,
Apud supernum arbitrum,
Quem genuisti, obtine. |
| 2. Beata Dei genitrix,
Assumpta super aethera,
Omnipotentis thalamus,
Spiritus almi vasculum. | 4. Gloria tibi, Domine,
Qui natus es de virgine,
Cum patre, sancto spiritu
In sempiterna saecula. |

Brev. ms. S. Trinitatis Pictaviens. saec. 15. Cod. Semin. Pictaviens. s. n.
n. — 3, 1 Nec vitiemur Hs.

86. In Assumptione BMV.

Ad Nonam.

- | | |
|--|---|
| 1. O stella maris fulgida,
Lucis perennis janua
Et porta regis inclita,
Coeli secreta serena. | 2. Tu, virgo sancta virginum,
Inter piorum numerum
Te venerantes undique
Omnes potenter aggrega. |
|--|---|

Gloria tibi Domine.

Brev. ms. S. Trinitatis Pictaviens. saec. 15. Cod. Semin. Pictaviens. s. n.

87. In Assumptione BMV.

Ad Processionem.

1. Salve, festa dies, toto venerabilis aevo,
Qua fuit assumpta virgo Maria pia.
2. Stella Maria maris coeli super astra levaris,
Assistens nato, virgo beata, tuo.
3. Hac regina die coelos conscendis et arce
Sublimi resides sceptraque jure tenes.

4. Hinc exaltaris, Kyria, chaire, jubilaris
Et pia laudaris coetibus angelicis.
5. Tu Libani cedrus, Moysi rubus, integra nardus
Et Aaron virga, tu Jerichoque rosa.
6. Inclita stirps Jesse, felici climata messe
Orbis tu reficis virgo Deumque paris.
7. Coelitus inquit ave paranympheus missus ab arce
Intulit atque tibi missus ab arce poli :
8. Sacris visceribus descendet spiritus almus,
Concipies natum, sed paritura Deum.
9. Mater eris virgo, nova res, nova gaudia mundo,
Concipies utero, qui Deus est et homo.
10. Nunc exaltata, supra sanctos honorata,
Nobilis et grata, sis precor atque pia.
11. Cordis tu scelera compurgans, virgo decora,
Coelica des decora, virgo salutifera.

Process. ms. S. Osithae in Essexia saec. 15 ex. Cod. Oxoniens. Laud.
Miscell. 239.

88. In Festo Reliquiarum BMV.

Ad Laudes.

- | | |
|--|---|
| 1. Quam salutavit angelus,
De supernis inferius
Missus, pro primo gaudio
Jesum gestat in utero. | 4. Quam passionis gladius
Perforavit inferius,
Sicut Simeon praedixit,
Ad montem Sion ascendit. |
| 2. Pro secundo puerpera
Audit cantantes gloria
In excelsis et munera
Suscepit tertio tria. | 5. Hoc est supremum gaudium,
Cum mater ad aethereum
Assumpta manet thalamum
Et sedet juxta filium. |
| 3. Quarto cum senex puerum
Portat, quinto quod mortuum
Vidit viventem, adspicit
Sexto dum coelos appetit. | 6. Pro resurgentis gloria
Cum honorificentia
Beatae matris virginis
Decantemus Alleluja. |

7. Gloria tibi Domine,
Qui surrexisti a mortuis etc.

Brev. ms. Rutenense saec. 15. Cod. Parisien. 1262. — Der Inhalt des Hymnus entspricht nicht dem Feste, handelt vielmehr von den sg. sieben Freuden Marias.

89. In Festo Reliquiarum BMV.

Ad Vesp. et Noct.

- | | |
|---|---|
| 1. In hoc paschali gaudio
Nostra promat devotio
Reliquiarum virginis
Matris laudes cum canticis. | 2. Quod supra caput habuit,
Velum habere meruit
Nostra praesens ecclesia,
Non est sine laetitia. |
|---|---|

- | | |
|--|---|
| <p>3. Quem calciavit sotular,
Si dixero, non mentiar,
Hoc est pedis et capitis
Hujus ornatus virginis.</p> | <p>4. Pro resurgentis gloria
Cum honorificentia
Beatae matris virginis
Decantemus Alleluja.</p> |
|--|---|
5. Gloria tibi, Domine,
Qui surrexisti a mortuis etc.

Brev. ms. Rutenense saec. 15. Cod. Parisien. 1262. — Man vergleiche mit diesem Hymnus Anal. Hymn. IX, Nr. 81, Str. 12.

90. De Beata Maria V.

- | | |
|--|--|
| <p>1. O genitrix aeterni
Maria virgo verbi,
Quae vox, quae lingua carnis
Par erit tuae laudi.</p> <p>2. Tu nova maris stella,
Celsa poli fenestra,
Scala, quae coelum terris
Jungis, ima supernis.</p> <p>3. Immensum concepisti.
Parentem peperisti,
Fit factor ex factura,
Creans ex creatura.</p> <p>4. Oritur ortus rerum,
Fit antiquus dierum,
Orbis origo coepit,
Factus ex his, quae fecit.</p> <p>5. Quem mundus ferre nequit,
Totum virgo concepit,
Quo circuitur aether,
Puellae claudit venter.</p> | <p>6. Est angelorum cibus
Tuo lacte nutritus,
Qui maris premit undas,
Papillae sugit guttas.</p> <p>7. Blandire, mater, caro,
Qui te creavit, nato,
Oscula grata fige,
Fasciis membra cinge.</p> <p>8. Tu Aaron es virga
Fecunda licet sicca,
Quae florem protulisti
Et virgo permansisti.</p> <p>9. Te rubus praelucebat,
Qui ardens non ardebat,
Quae sine aestu mentis
Fructum dedisti ventris.</p> <p>10. Ave virgo jam feta,
Ave gratia plena,
Nostrum Ave digneris
Ut illud Gabrielis.</p> |
|--|--|
11. Ille dum te salutat,
Evae nomen commutat,
Reduc nos virgo sancta,
Unde est nequam lapsa.

Hymn. ms. Anglo-Saxonium saec. 11. Cod. Londin. Jul. A. VI. add. saec. 11/12. mit Neumen.

91. Ad Beatam Mariam V.

1. Jam dulcis amica venito,
Quam sicut cor meum diligo,
Intra cubiculum meum
Ornamentis cunctis ornatum.
2. Ibi sunt sedilia strata
Atque velis domus ornata,
Floresque in domo sparguntur,
Herbaeque flagrant miscentur.

3. Est ibi mensa apposita,
Universis cibis ornata,
Ibi clarum vinum abundat
Et quicquid te, cara, delectat.
4. Ibi sonant dulces harmoniae,
Infantur et altius tibiae,
Ibi puer et docta puella
Cantant tibi cantica pulchra.
5. Hic cum plectro citharam tangit,
Illa melos cum lyra pangit,
Portantque ministri pateras
Universis [dapibus] plenas.
6. Ego fui sola in silva
Et dilexi loca secreta,
Et frequenter effugi tumultum
Et vitavi populum multum.
7. Jam nix glaciesque liquescit,
Folium et herba virescit,
Philomela jam cantat in alto,
Ardet amor cordis in antro.

Trop. ms. S. Martialis Lemovicens. saec. 10. Cod. Parisiens. 1118. mit Neumen. — Zu Grunde liegt Cantica 2, 11 sq. (7, 1 sqq.); 5, 1 (3, 1 sqq.).

92. De Beata Maria V.

Ad Vesperas.

- | | |
|--|---|
| <p>1. Salve, virgo singularis,
gratiae puerpera,
Castitatis imperatrix,
sola mater innuba,
Germinasti virga florem
vestientem saecula.</p> | <p>3. Obsoletis noxiali
mentium fuligine
Redde vestem, virgo, textam
virginali vellere,
Candidatam victimali
mitis agni sanguine.</p> |
| <p>2. O Maria, melodia
civium gaudentium,
O Maria, vox suavis
exsulum moerentium,
O gementis et dolentis
pauperis solatium.</p> | <p>4. Gloriam Christo canamus
cum choris coelestibus,
Trinitatem conferentes
sonoris concentibus,
Continentem, quae creavit,
sempiternis legibus.</p> |

Brev. ms. Fontanellense saec. 13. Cod. Rotomagens. 207. A. — Brev. ms. Rotomagense saec. 15. Cod. S. Genovefae Parisiens. BBI 8^o 20. B. — Brev. ms. Rotomagense saec. 15. Cod. Rotomagens. 200. C.

III.
DE SANCTIS.

93. De Omnibus Sanctis.

1. Omnium, Christe, pariter tuorum
Festa sanctorum colimus precantes,
Hos, tibi qui jam meruere jungi,
Nostra tueri.
2. Vincla nostrorum scelerum resolvant,
Luce virtutum populos adornent,
Vindicerent nobis pietate sola
Regna polorum.
3. Ut quibus vitae stadium magistri
Curritur, horum precibus beatis
Fulgido coeli gremio locemur
Perpetue vita.
4. Gloriam sanctae pie trinitati
Turba resultat, canat et revolvat,
Quae manens regnat Deus unus omni
Tempore saeculi.

Hymn. ms. Dunelmens. saec. 11. Cod. Dunelmens. B III 23. A. — Cod. Londinens. Julius A VI saec. 11. B. — Brev. ms. Hispanicum saec. 11/12. Cod. Londinens. Add. 130848 D. — Brev. ms. S. Petri Carnotensis saec. 12. Cod. Carnotens. 579. E. — Brev. ms. Senonense saec. 13. Cod. Parisiens. 13225 F. — Brev. ms. S. Nazarii Carcassonnens. saec. 14. Cod. Parisiens. 1036. G. — Brev. ms. Benedict. Senonens. saec. 14. Cod. Parisiens. 1041. H. — Hymn. ms. Andegavens. saec. 14. Cod. Andegavens. 105. I. — Hymn. ms. Andegavens. saec. 14. Cod. Andegavens. 106. K. — 2, 2 adornant F. — 2, 3 Vindicem nobis E. — 4, 1 Gloria sanctae FG. — 4, 2 resultat G.; persultet DH., canet H. — 2, 4 Regna superna D. — Vgl. Stephenson, Latin Hymns of the Anglo-Saxon church. S. 120.

94. De Omnibus Sanctis.

- | | |
|---|---|
| <ol style="list-style-type: none"> 1. Sanctorum splendor omnium
Atque corona martyrum
Rex Christe, patris dextera,
Tu nos clementer visita. 2. Mirabilis puerpera,
Mater et virgo Maria,
Nobis deposce veniam
Tui nati per gratiam. | <ol style="list-style-type: none"> 3. Sancte Stephane domine
Ac Dionysi inclite,
Vos cum sanctorum agmine
Pro nobis preces fundite. 4. Pro regibus et ducibus
Et populis fidelibus,
Et nobis hic psallentibus
Munimen ferte precibus. |
|---|---|

- | | |
|--|--|
| <p>5. Ut hostis semper invidus
Ac quisquis adversarius
Nihil nocere valeat
Sed victus procul abeat.</p> <p>6. Et corda dominantium,
Regum et regni principum
Non sint nobis crudelia
Sed pia dent solatia.</p> | <p>7. Et hujus habitaculum
Urbis servetur solidum,
Sit hoc inhabitantibus
Pax atque salus omnibus.</p> <p>8. Depulsis quoque tenebris
Ac vitiorum nebulis
Sint sancta nobis gaudia
Mundi per omnis tempora</p> <p>9. Hoc praesta, pater luminum,
Tuum per unigenitum
Cum spiritu paraclito,
Qui regis omne saeculum.</p> |
|--|--|

Brev. ms. Valentinense saec. 15. Cod. Atrebatens. 1142 (552) A. — Brev. ms. Tullense saec. 15. (Privatbesitz) B. — Brev. Tullense imp. Parisiis 1510. C. — 8, 3 Mundi per omnia tempora C.

95. De Omnibus Sanctis.

Ad Processionem.

1. Salve, festa dies, toto venerabilis aevo,
Qua Deus in sanctis regnat ubique suis.
2. Summa Deus trinitas, nos salves et benedicas
Et, petimus omnes, nos miserando juves.
3. Sancta Dei genitrix, mundi decus et reparatrix,
Ora pro miseris subveniendo reis.
4. Angelicus coetus, coeli super ardua laetus,
Nos sibi consociet, nos quoque laetificet.
5. Coetus apostolicus, duodeno sidere comptus,
Propitius cunctos protege nos famulos.
6. Vos in martyrio decorati sanguine sancto,
Jam veniam nostris ferte juvando malis.
7. Sic confessorum nos adjuvet ordo piorum,
Succurrant miseris precibus assiduis.
8. Turba puellarum castissima coelicalarum,
Auxilio tutos undique redde tuos.
9. Omnibus ut sanctis jungamur semper in astris,
Orent pro nostris criminibus variis.

Process. ms. S. Osithae saec. 15 ex. Cod. Oxoniens. Laud. Miscell. 329.

96. De sancto Aegidio.

- | | |
|---|--|
| <p>1. Aegidii solemnia
Sacra colens ecclesia
Jubilet hymnidicis,
Canora laude canticis.</p> | <p>2. Qui ortus est ex Graecia
Illustri de prosapia,
Signorum multifaria
Illuxit mundo gratia.</p> |
|---|--|

- | | |
|--|--|
| <p>3. Surdis auditum praestitit
Et caecis visum reddidit,
Membris quoque debilibus
Sacris opem dat precibus.</p> <p>4. Hic exsulans a patria
Deserti petit devia,
Ad victus necessaria
Cerva praestat subsidia.</p> <p>5. Tandem ibi de regia
Repertus est familia
Perque regis imperium
Mox extruxit coenobium.</p> | <p>6. In quo accitis fratribus
Insignis vixit actibus,
Mundi triumphans syrtibus
Nunc regnat in coelestibus.</p> <p>7. Cujus fulta suffragio
Devota nostra concio
Coeli jungatur civibus
Carnis mundata sordibus.</p> <p>8. Tanti patris memoria
Patri natoque gloria,
Laus utrorumque nexui
Semper sancto spiritui.</p> |
|--|--|

Antiph. ms. Sanctense saec. 13. s. n. add. saec. 13/14. A. — Brev. ms. S. Mariae apud Resam anni 1601. Cod. Berolinens. Oct. 120. B.

97. De sancto Agrippano.

Ad Vesp. et Noct.

- | | |
|--|---|
| <p>1. Christe sanctorum gloria,
Lux perpes et laetitia,
Da nobis digne psallere
Festumque patris colere.</p> <p>2. Fac nosque tuos famulos
In tua laude sedulos
Sacri praesulis inclita
Agrippani solemnia.</p> <p>3. Qui spiritali gratia
Perfusus mundi gaudia
Sprevit, devovit, renuit,
Deumque solum coluit.</p> | <p>4. Hic praesul Vallanensium
Pontificis officium
Exercuit operibus
Docuitque sermonibus.</p> <p>5. Divini verbi semina
Dum serit, intra limina
Regni coelestis rapitur,
Quo vita jugi fruitur.</p> <p>6. O martyr atque pontifex,
Clemens sis noster opifex,
Ut tuis sacris precibus
Summis jungamur civibus.</p> |
|--|---|

7. Sit laus patri cum filio
Flaminique propitio,
Sit trinitati sedula
Laus in immensa saecula.

Brev. ms. Aniciense saec. 14. Cod. Capit. Aniciens. s. n. A. — Brev. ms. Aniciense saec. 15. Cod. Parisiens. 278. B. — Brev. Aniciense imp. Lugduni 1511? C. — 6, 4 jungans B. — Der Hymnus befindet sich, wie sehr viele des alten Breviers von Le Puy noch in dem unter Bischof Juste de Serre 1624 gedruckten Sanctorale. Sämmtlich sind sie indes hier völlig umgearbeitet, und so unbrauchbar.

98. De sancto Agrippano.

Ad Laudes.

- | | |
|--|--|
| <p>1. Lucis hujus solemnia
Colat praesens ecclesia,
Agrippani quae praesulis
Sacris fulgens miraculis.</p> | <p>2. Qui spernens persequentium
Ferores minas hominum
Fit martyr fuso sanguine
Passus pro Christi nomine.</p> |
|--|--|

3. Coelestis per martyrium
Adeptus regni bravium
Stola relinquens terrea
Est redimitus rosea.

4. O gemma fulgens praesulum,
Serva praesentem populum,
Ut per tua suffragia
Consequamur coelestia.

5. Sit honor, laus et gloria
Patri, nato per omnia,
Sit flamini propitio
Decus et jubilatio.

Brev. ms. Aniciense saec. 14. Cod. Capit. Aniciens. s. n. A. — Brev. ms. Aniciense saec. 15. Cod. Parisiens. (Arsen.) 273. B. — 1, 1 hujus insignia B. — 1, 4 Celebrans festa canticis A. — 2, 1 Dum spernit insequentium A. — 3, 1 Coelestia per A. — 3, 4 Cum redimitus B. — 5, 2 nati B. — 5, 4 Laus et jubilatio B.

99. De sancto Aigulpho.

Ad Vesperas.

1. O cursor facilis,
Per te mirabilis
Splendor Italiae
Relucet Galliae.
2. Apportas propere
Cum fratris corpore
Plebi monasticae
Corpus Scholasticae.
3. Antiquus proditor,
Bonorum perditor
Tuis felicibus
Invidit actibus.
4. Qui Judam turpiter
Egit ad laqueum,
In te crudeliter
Armavit cuneum.

5. Vexat discipulos
Furor, hi saeviunt,
Abbatis oculos
Cum lingua rapiunt.
6. Caesa redarguit
Lingua nequitiam,
Natura stupuit
Rem tam contrariam.
7. O invincibilis
Martyr amabilis,
Ista miracula
Vivent per saecula.
8. Sit laus Deo patri,
Summo Christo decus,
Spiritus sancto
Tribus honor unus.

Brev. ms. Cellense saec. 14. Cod. Trecens. 109. A. — Brev. ms. Cellense saec. 14. Cod. Trecens. 1974. B. — 7, 4 Vicent per saecula B.; inuicit A. — Mel.: Ave maris stella.

100. De sancto Aigulpho.

Ad Matutinum.

1. Aigulphi sancti merita
Depromat vox hymnidica,
Surgant rerum miracula
Sacra vocis melodia.

2. Elinguis verba sonuit,
Praedicamenta contulit,
Quae auditu sufficerent
Et salutem concederent.

- | | |
|--|---|
| 3. Partes notat carnificis
Effusi gutta sanguinis
Et sub figura circuli
Leti dat signum debiti. | 4. Fulva cedit Glauconia,
Obducta nitent lumina,
Propulsantur crecuscule,
Deo nostro sit gloria. |
|--|---|

Brev. ms. Cellense saec. 14. Cod. Trecens. 109. A. — Brev. ms. Cellense saec. 14. Cod. Trecens. 1974. B — 4, 1 Furna cedit A.; Glauconia B.

101. De sancto Aigulpho.

Ad Laudes.

- | | |
|--|---|
| 1. Adesto, martyr, laudibus,
Quas tibi fudit grex tuus,
Tuis sacratis precibus
Nos coeli junge civibus. | 3. Hic caritatis vinculo
Tuo necte suffragio,
Illic hilares facito
Sanctorum contubernio. |
| 2. Tu nobis sis praesidio,
Dum versamur in saeculo,
Tu post mortem nos ponito
In coelesti palatio. | 4. Hic hostes nostros dissipa,
Illic Christo concilia,
Tua prece sanctissima,
Deo nostro sit gloria. |

Brev. ms. Cellense saec. 14. Cod. Trecens 109. A. — Brev. ms. Cellense saec. 14. Cod. Trecens. 1974. B.

102. De sancto Aigulpho.

Ad Vesperas.

1. Pangat Lirinensis chori laetitia
Laudibus immensis martyrum praemia,
Qui fulti laetantur coelica gloria,
Fideles qua praemiantur.
2. Aigulphum stirps pia dudum progenuit,
Castrum in Gallia Blesense meruit,
Illo progenito infernus horruit,
Ejus more praecognito.
3. Fit omnibus lenis jam plenus gratia,
Succurrit egenis largiens propria,
Virtutes eligit atque per omnia
Terrena cuncta negligit.
4. Prece prae nimia, virtutibus ratis,
Pro salutis via moribus probatis,
Aggregatur gregi Mumoli abbatis
Atque verae Christi legi.
5. Christi zelatorem, ordinis lilium,
Elegit pastorem Liri coenobium,
Mundana gaudia ferens in odium
Salvandi dat remedia.

6. Te, summa deitas, supplices poscimus,
Veri sit caritas, qua te recolimus,
Et duc per semitas tuas, quo tendimus,
Ubi vere inhabitas.

Brev. ms. Lirinense saec. 15. Cod. Parisien. 10486. — 4, 2 probatur.

103. De sancto Aigulpho.

Ad Nocturnum.

1. Sideri celso Olympi supremi
Inclita gesta martyrum triumphi
Modula voce menteque suavi,
Concio, prome.
2. Dogmate dudum sacro praepollentem
In Dei sanctum diros reformantem
Altera ruens pars gregis perperam
Exemplo saevit.
3. Splendida coeli terebrato visu
Non minus visu divino tuitur,
Semota lingua inclita virtutum
Merita pandit.
4. Ut cruciatu pari crucientur,
Consortes sancti sanctum comitantur,
Sanctos consortes vir sanctus hortatur,
Ovanter pati.
5. Perfide gregis Columbe Lirini,
Tu complex atrox, infelix Arcadi,
Quid ab improbis meruere probi,
Tam dire caedi.
6. Sit Deo patri decus, victoria,
Genitae proli virtus et gloria,
Consolatori simul per immensa
Perpetim saecula.

Brev. ms. Lirinense saec. 15. Cod. Parisien. 10486. — 1, 4 Concito Hs. —
2, 1 praepollente Hs. — 4, 2 sanctos Hs. — 5, 1 Perfice Hs.

104. De sancto Aigulpho.

Ad Laudes.

- | | |
|---|---|
| 1. Martyrum gemma praefulgens,
Pulsis Satanae fraudibus
Da pius reis indulgens
Aigulphi frui laudibus. | 2. Hic vasto monte Cassino
Absque notula delicti
Jussu transtulit divino
Almum corpus Benedicti. |
|---|---|

- | | |
|--|---|
| <p>3. Vera cum nititur lege
Reformari coenobium,
Ejus irruente grege
Iram incurrit vilium.</p> <p>4. Vincti, caesi Deo grati
Hic faventesque torquentur,
Linguis ac visu privati
A suis morti traduntur.</p> | <p>5. Martyres, Christi milites,
Supplices cuncti precemur,
Ut verae vitis palmites
Effecti sursum laetemur.</p> <p>6. Uni trinoque Domino
Sit sempiterna gloria,
Qui vitam sine termino
Nobis donet in patria.</p> |
|--|---|

Brev. ms. Lirinense saec. 15. Cod. Parisien. 10486.

105. De sancto Aigulpho.

In 2. Vesperis.

- | | |
|--|---|
| <p>1. Aigulphi pangat sacrati
Nitorem ecclesia,
Decore rite vallati
Res gestaque munia
Ejus vitae regulati,
Adsint iusti lilia.</p> <p>2. Sumpsit legis orthodoxae
Decus laudis varium,
Ejus aetas gloriose
Prompsit ratum bravium,
Laete, mite, curiose
Aufert vanum gaudium.</p> <p>3. Chorus martyrem Lirinus
Elegit Deo gratum,
Necat error Columbinus
Conscius mira passum,
Ignis obumbrans divinus
Assumit neci datum.</p> | <p>4. Ejus cohors triumphantis
Gemens haurit certamen,
Regis alti praepollentis
Egreditur velamen,
Gregis vincit jubilantis
In aethere solamen.</p> <p>5. Unda lavat corpuscula
Sanguinis orbatorum,
Amputarunt novacula
Bis linguas afflictorum,
Benigne sumunt oscula
A capite tortorum.</p> <p>6. Sursum corda suspendentes
In coelum conspiciunt,
Viam dextram praestolantes
Sinistram despiciunt,
Spiritus tandem vomentes
Iter vitae rapiunt.</p> |
|--|---|
7. Trinitati sit gloria,
Firma jubilatio,
Illi decus, victoria,
Excelsa laudatio
Regnanti per cuncta saecula
In superno solio.

Brev. ms. Lirinense saec. 15. Cod. Parisien. 10486. — 2, 5 Lebe mite Hs.
— Von Str. 5, 5 fehlt das Weitere; dies ist ergänzt aus Acta SS. Sept. I, 743;
nur liest man dort 6, 3 Vitam dextram; 6, 6 Iter viae; 7, 5 cuncta saecula.

106. De sancto Albano.

- | | |
|--|---|
| <p>1. Ecclesiae prosapias,
Veri patris effigies,
Melos pangamus humiles
Albani sancti memores.</p> | <p>2. Qui fide plenus catholica
Mundum sprexit et idola,
Christi sequens vestigia
Arma tempsit barbarica.</p> |
|--|---|

- | | |
|---|---|
| <p>3. Addictus ex sententia
Mactandus Deo victima,
Ejus siccavit gratia
Sequenti plebi flumina.</p> | <p>5. Commenda nos altissimo,
Martyr amande Domino,
Ora misericorditer,
Cum quo regnas feliciter.</p> |
| <p>4. Instructus hospes hospite
Securus coram iudice
Confesso trino nomine
Fuso triumphat sanguine.</p> | <p>6. Hujus diei gaudium
Tale dedit martyrium,
Sic fit excelsi placide
Immutatio dexteræ.</p> |
7. Laus illi jubilatio
Et gratiarum actio,
Qui sedens in arce poli
Orbem tuetur sæculi.

Brev. ms. S. Albani sæc. 12. in. Cod. Londinens. Reg. 2 A. X. A. —
Hymn. ms. Berchinense sæc. 15. Cod. Collegii ss. Trinitatis Cantabrigens.
O III 54. B. — 3, 4 sq.: Transivit fluvialia Gressu vigente carbasa B. —
Str. 4 lautet in B.:

Nondum tinctus baptismo
Perfecte coepit credere,
Confesso trino nomine
Sacro purgatur sanguine.

6, 4 Invitatio dexteræ B.

107. De sancto Albano.

1. Ecce votiva recoluntur festa,
Quae protomartyr sanguine dicavit
Inclito magnus nomine Albanus,
Rite colendus.
2. Ille tyrannos sprexit iracundos,
Verberum plagas, laniorum iras,
Fuso cruore decoratur inde
Laurea vitae.
3. Hinc populosae gratulentur turbae,
Carmina clavis meditentur hymnis,
Quo patris prece mereantur jungi
Civibus coeli.
4. Jam nunc, patrone meritis excelse,
Martyr Albane, servulos attende,
Fer opem cunctis tibi nunc canoris
Atque devotis.
5. Esto protector famulis et fautor,
Plebis adjutor, pacis et largitor,
Nobis defensor, domus hujus cultor
Et habitator.

6. Daemonum truces procul pelle vires,
Hostium diras calca potens iras,
Teque juvante adscribamur digne
In libro vitae.
7. Te Deum sanctum, trinum atque unum,
Supplices claro reboamus hymno,
Laudem chorea cui dat superna
Per saecula cuncta.

Brev. Othinense imp. Lubecae 1497. — Str. 5 und 6 mit Doxol. als eignen Hymnus; letztere sind indes nur eine divisio. — 1, 3 Incliti. — 2, 1 iracundus. — 2, 2 planas Ianiorum. — 3, 3 prece fehlt. — Zu 1, 2 bemerke ich, daß S. Alban der „protomartyr Angliae“ genannt wird.

108. De sancto Alpino.

1. Instat clara dies, quo recolendus
Et rutilans meritis luceque splendens
Scandit excelsi sidera coeli
Alpinus, decori necne saluti
Qui datus est praesul munere Christi,
O Catalaunum, lux tibi magna.
2. Fulgebat gemino lumine quondam
Gallia belligera, quam recreabant
Seminibus verbi Lupus, Amandus
Germanusque pius, quis sociatus
Inclitus effulsit, sed prius almo
Coniunctus vixit dogmate Lupo.
3. Corruptos haeresi Pelagiana
Britones et variis cladibus actos
Eripiunt sancti faucibus hostis;
Horum praecipuus in comitatu
Claruit Alpinus, quem sibi carum
Hac sublimavit Christus in urbe.
4. In summo positus praecluit orbi,
Altitonans famulum extulit alte,
Tempore dum sancti Attila dirus
Hunnorum populos rex domuisset,
Praesulis electi fletibus urbs est
Gaudens exempta strage ferocis.
5. Claesceit meritum pluribus ejus,
Ad tumulum properans, quo veneratur
Memmius illustris, reperit unum
Functum, quem precibus vivere fecit,
Nec minus in septem tu micuisti
Rector puellis coelica pandens.

6. Liquisti fragiles tunc sacer artus
Et celer aetheream vectus ad aulam,
Posce pium nobis affore regem
Ac nostris veniam expete noxis,
Quo tibi conjunctos aetheris arce
Det conregnare tripudiantes.
7. Sit laus, lux et honor cunctipotenti,
Gloria sit genito ingenitoque,
Spiritus sancto parque potestas,
Per quem cuncta tremit machina mundi,
Qui tamen est trinus semper et unus
In deitate flans ab utroque.

Brev. ms. Catalaunense saec. 13. Cod. Calmontan. 31 A. — Brev. ms. Catalaunense saec. 14 in. Cod. Parisiens. (Arsen.) 595. B. — Diurn. ms. Catalaunense saec. 15. Cod. Parisiens. 1069. C. — Hymn. ms. Catalaunense saec. 15. Cod. Parisiens. 1089. D. — 1, 3 scandit B. — 1, 6 Catalaun D; Catalaunis B; Cathalamus C. — 2, 1 Fulgebit C. — 6, 3 Mannius C.; Mimius D. — 6, 4 expete nobis C.

109. In Depositione s. Amandi.

Ad Vesperas.

- | | |
|---|---|
| 1. Amande, praesul inclite,
Tutela plebis subditae,
Dignus amore Domini
Tuo respondens nomini. | 4. Dum via vitae panditur,
Signorum virtus sequitur,
Cedit maligni feritas,
Reformat aegros sanitas. |
| 2. Cujus secutus gratiam
Patrem fugis et patriam
Vitamque gerens exsulem
Promotus es in praesulem. | 5. Pedes, manus et oculos
Curando mulces populos,
Cruce sua fur moritur,
Prece tua mors vincitur. |
| 3. Divina per te bonitas
Vitae docebat semitas
Fundendo sitientibus
Fluenta verbi gentibus. | 6. Nos quoque, pater optime,
De manu mortis exime,
Ut ad perenne gaudium
Te prosequamur praeivium. |

7. Praesta pater piissime.

Brev. ms. Elnonense saec. 12. Cod. Valentianens. 95. A. — Brev. ms. Elnonense saec. 12. Cod. Valentianens. 97. B. — Brev. ms. Elnonense saec. 14. Cod. Valentianens. 96. B. — Brev. ms. Aquicinctense saec. 14. Cod. Duacens 153. D. — Psalt. hymn. ms. S. Bavonis saec. 15. Cod. Gandavens. 73 (16). E.

110. In Depositione s. Amandi.

Ad Nocturnum.

- | | |
|---|--|
| 1. O Jesu, dator gratiae,
Lux mundi, splendor gloriae,
Adsunt coram te supplices
Fili lucis vigiles. | 2. Qui Amandum amabilem
Mundo facis mirabilem,
Ejus canentes merita
Tua luce clarifica. |
|---|--|

- | | |
|--|--|
| <p>3. Amande, pater lucide,
Verbo lucens et opere,
Auctorem ora luminis,
Ut nos purget a tenebris.</p> | <p>4. Qui furem prece suscitās,
Caecam cruce illuminas,
Mortis pressis caligine
Vitam et lucem obtine.</p> |
| <p>5. Te adoramus, trinitas,
Oramus, simplex unitas.
Per Amandi suffragia
Tua nos salvet gratia.</p> | |

Brev. ms. Elnonense saec. 12. Cod. Valentianens. 95. A. — Brev. ms. Elnonense saec. 12. Cod. Valentianens. 97. B. — Brev. ms. Elnonense saec. 14. Cod. Valentianens. 96. C. — Brev. ms. Aquicinctense saec. 14. Cod. Duacens. 153. D.

III. In Depositione s. Amandi.

Ad Laudes.

- | | |
|---|--|
| <p>1. Exortus sol in tenebris,
Proles beatæ virginis,
Persistentes in laudibus
Fac lucere virtutibus.</p> | <p>3. Ave, sacratè pontifex,
Multis jam datus opifex,
Unda, qua manus abluis,
Caeco lumen restituis.</p> |
| <p>2. Amandum vita splendidum
Ponis super candelabrum,
Cum urbi Trajectensium
Ipsam donas episcopum.</p> | <p>4. Salve, pater amabilis,
Signis, vita laudabilis,
Te patronum colentibus
Piis succurre precibus.</p> |

5. Te adoramus trinitas.

Brev. ms. Elnonense saec. 12. Cod. Valentianens. 95. A. — Brev. ms. Elnonense saec. 12. Cod. Valentianens. 96. B. — Brev. ms. Elnonense saec. 14. Cod. Valentianens. 96. C. — Brev. ms. Aquicinctense saec. 14. Cod. Duacens. 153. D.

III. De sancto Amando.

- | | |
|---|---|
| <p>1. Amande, praesul optime,
Dignus tuo quí nomine
Amando Christum congruum
Sortitus es vocabulum.</p> | <p>4. Pater pius, pastor bonus
Multis fuisti gentibus,
Has recreando flumine,
Illos docendo flamine.</p> |
| <p>2. Audi tuorum dulcia
Vernaculorum carmina,
Quae concinunt gratissimo
Praecordiorum gaudio.</p> | <p>5. Frater pupilli flebilis,
Soror gementis exulis,
Patrem vocavit orphanus
Matremque sensit languidus.</p> |
| <p>3. Dum floruisti corpore,
Mundum replesti lumine,
Astrum poli nunc splendidam
Candore vincis Cynthiam.</p> | <p>6. Caecis ocellus lucidus
Claudisque pes tutissimus,
Per teque ligno pendulus
Vitam recepit mortuus.</p> |

- | | |
|--|--|
| <p>7. Quid plura, miles inclite,
Nostro canamus carmine,
Quicumque venit debilis,
Nullus recessit flebilis.</p> <p>8. Nunc Abrahae vernantibus
Laetis quiescis sedibus,
De Jesu dulcis corpore
Mandis bibisque sanguine.</p> | <p>9. Nam copulatus intimis
Archangelorum gaudiis
Vertex rubescit gemmulis
Et colla candent infulis.</p> <p>10. Nostri memor, sanctissime,
Hinc exsulantem corpore,
Cujus popellus adsumus,
Succurre nobis, quaesumus.</p> <p>11. Et quando Jesus venerit
Cum carne, qua hinc abiit,
Non segregemur a tuo
Clemens pater consortio.</p> |
|--|--|

Brev. ms. S. Amandi Rotomagens. saec. 14. Cod. Rotomagens. 1027. — Denselben Hymnus hat G. Henschius aus einem Antwerpener Manuscripte abgedruckt (Acta SS. Feb. I, 912), aber wie! Alle Zeilen laufen, ich weiß nicht, nach welchem Gesetze, durcheinander, so daß absolut kein Sinn vorhanden. Migne PP. LL. 87, 1273 hat das nachgedruckt.

113. De sancto Aniano.

Ad Vesperas.

- | | |
|--|--|
| <p>1. Hymnum novae laetitiae
Cum novitate cantici
Chorus persolvat hodie
Aniano pontifici.</p> <p>2. Ex nobili prosapia
Urbs Viennensis edidit,
Quem vitae sanctimonia
Nobiliorem reddidit.</p> <p>3. Mundi fugit illecebras
In aetate juvenula,
Salubres optans latebras
Arta reclusus cellula.</p> | <p>4. Tandem junctus Evurtio
Aurelianus graditur,
Apud quam sacerdotio
Fungens abbas efficitur.</p> <p>5. Ter in plebe nominatus
Per infantis eloquium,
Divinitus praesulatus
Assequitur officium.</p> <p>6. Laudemus cum laetitia
Supernum regem inclitum,
Qui nos jungat in gloria
Per Aniani meritum.</p> |
|--|--|

Brev. ms. Atrebatense saec. 14. Cod. Atrebatens. 717. A. — Brev. ms. Atrebatense saec. 15. Cod. Atrebatens. 1034. B. — 3, 2 juvenina A.

114. De sancto Aniano.

Ad Nocturnum.

- | | |
|--|--|
| <p>1. Nocturno sub silentio
Devota mens evigilet,
Cum cordis desiderio
Vox indefessa jubilet.</p> <p>2. Noctem praesentem transigant
Laudis amoenae cantica,
Quibus digne nos obligant
Gesta patris magnifica.</p> | <p>3. Agrippinum lapis ferit
Nolentem vinctos reddere,
Sic, quod praesul sanctum quae-
rit,
Mox absolvit a carcere.</p> <p>4. Hunnorum saevit gladius
In vita sancti praesulis,
Quos devicit Aëtius
Fultus ejus miraculis.</p> |
|--|--|

- | | |
|--|---|
| <p>5. In anno, quo gens exera
Deletur exterminio,
Fit in duplo fructifera
Aureliana regio.</p> | <p>6. Laudemus cum laetitia
Supernum regem inclitum,
Qui nos jungat in gloria
Per Aniani meritum.</p> |
|--|---|

Brev. ms. Atrebatense saec. 14. Cod. Atrebatens. 717. A. — Brev. ms. Atrebatense saec. 15. Cod. Atrebatens. 1034. B. — 4, 3 Agetius. AB.

115. De sancto Aniano.

Ad Laudes.

- | | |
|---|--|
| <p>1. Laus matutina personet
Aniani praeconium,
Cujus vita nos admonet
Christi sequi vestigium.</p> <p>2. Mundum calcans sub pedibus
Manum misit ad fortia,
Cunctis pollens virtutibus,
Verbo, signis et gratia.</p> <p>3. Abbas senex et orbatus
Quondam utroque lumine
Clare videt illustratus
Sancti viri spiramine.</p> | <p>4. Mamerto vitam tribuit
Intra mortis confinia,
Signo crucis restituit
Collapsum ab ecclesia.</p> <p>5. Carnis solutus trabea
Coelo fertur empyreo,
Cum mercede virginea
Sanctorum fulgens cuneo.</p> <p>6. Laudemus cum laetitia
Supernum regem inclitum,
Qui nos jungat in gloria
Per Aniani meritum.</p> |
|---|--|

Brev. ms. Atrebatense saec. 14. Cod. Atrebatens. 717. A. — Brev. ms. Atrebatense saec. 15. Cod. Atrebatens. 1034. B.

116. De sancta Anna.

Ad Nocturnum.

1. Irradiat jucunda dies, qua transiit Anna,
Victrix ad superos cantansque triumphat hosanna.
2. Luce sub hac subvecta polo praecelsa virago
Contemplatur ovans, qualis sit patris imago.
3. Quem genuit, quae virgo fuit, sine semine florem,
Intemerata viri servans intacta pudorem.
4. Laudis honor, pater alme, tibi, sit gloria proli,
Virtus spiritui divino sit gratia soli.

Hymn. ms. Berchingens. saec. 15. Cod. Collegii ss. Trinitatis Cantabrigens. O III 54.

117. De sancta Anna.

Ad Nocturnum.

1. Hymnis conjubilet turma melodis
Festivamque diem concrepet odis,
Qua coeli subiens Anna senatum
Cernit, quem peperit, filia natum.

2. Est enixa parens inclita prolem,
Quae mundo genuit splendida solem,
Hinc laudis jubilat gloria tantae,
Natus luciferum qui manet ante.
3. Felix stirps Aaron, linea Jesse,
De qua virgo parens venit ad esse,
Ut mater fieret innuba Christi,
Clemens Anna gregi consulat isti.
4. Sit laus, Christe, tibi, lux genitori,
Amborum pariter splendor amori,
Uni doxa Deo, lumen honorque,
Virtus, imperium, vita decorque.

Brev. ms. S. Amandi Rotomagens. saec. 14. Cod. Parisiens. 1027. A. —
Hymn. ms. Berchinens. saec. 15. Cod. Collegii ss. Trinitatis Cantabrigens.
O III 54. B.

118. De sancta Anna.

Ad Laudes.

- | | |
|---|---|
| <ol style="list-style-type: none"> 1. Pretiosa splendet Anna,
matris Christi genitrix,
Qua humanae salus vitae
colit festa debitor
Et precamur opportunum
ipsius auxilium. 2. Haec de Juda est exorta
ad splendorem saeculo,
De qua nova sic aurora
processit diluculo,
Hac prodiret ut de matre
Christus, sol iustitiae. | <ol style="list-style-type: none"> 3. O quam felix, quam jucundum
Mariae palatium,
Quod reges et patriarchae
fundaverunt solidum,
Haec precatu suae natae
jungat nos cum culmine. 4. Mater Anna, novae legis
fons et hortus gratiae,
Quasi fortis ut athleta
in ejus progenie,
Et renascitur ad regnum
gens quaeque fidelium. |
|---|---|
5. Sit aeterno regi Christo
virtus, decus, gloria,
Salus, honor et potestas,
sit laus et victoria
Qui nos Annae sacra prece
det cum sanctis vivere.

Brev. ms. Coldoniense saec. 13/14. Cod. Londinens. Harl. 4664. add. saec.
15 ex. A. — Hymn. ms. Berchinens. saec. 15. Cod. Collegii ss. Trinitatis
Cantabrigens. O III 54. B. — Brev. Herefordense imp. Rotomagi 1505. C. —
1, 3 Quam A. — 1, 4 colit sancta C. — 3, 4 fecundarunt solidum A. — 3,
5 sq: Cujus voces prophetarum roborarunt brachium C. — 4, 1 sq: Mater
Anna quasi meta legis est et gratiae C. — 4, 3 Qua fortis ruit armatus C. —
4, 6 gens quoque A. — 5, 1 aeterno regi virtus C. — 5, 2 et decus et glo-
ria C. — 5, 5 sq: Qui nobis Annae precatu det aeterna gaudia C. — Diese
letzten Verse beweisen, daß C überarbeitet, denn es fehlt ihnen der Reim,
der sonst die zwei letzten Zeilen jeder Strophe verbindet.

119. De sancta Anna.

Ad Laudes.

- | | |
|--|--|
| 1. Clara sanctorum civitas
Annae matri conjubilat,
Cujus felix fecunditas
Superna damna reparat. | 4. Nos quoque tui servuli
Votis, quibus sufficimus,
Per omne tempus saeculi,
Te matrem benedicimus. |
| 2. Quam multis plena gaudiis
Exsultat in coelestibus,
Quae talibus praeconiis
Collaudatur ab omnibus. | 5. Esto nobis propitia,
Matrona venerabilis,
Ut per tua suffragia
Bonis fruamur superis. |
| 3. Beata parens merito,
Cujus proles deifica
Suo profudit gremio
Jesum regentem omnia. | 6. Laus patri sit cum filio,
Sancto quoque spiritui,
Sit perpes benedictio
Trino Deo et simplici. |

Brev. ms. Carmelit. Hibern saec. 15. Cod. Collegii ss. Trinitatis Dublinens. B. 3. 10.

120. De sancto Ansuero.

Ad Vesp. et Noct.

- | | |
|---|--|
| 1. Aeterna Christi gloria
De martyrum victoria
Laudetur cum tripudio
In cordium palatio. | 3. Pro fletu transitorio
Vescuntur coeli gaudio,
Quorum nobis precatio
Sit mentis jubilatio. |
| 2. Cultores vineae Dei
In caritate flammei,
Ansuerus nam cum sociis
Sunt juncti coeli incolis. | 4. Laudemus patrem omnium,
Laudemus ejus filium,
Laudemus sanctum spiritum,
Trinum et unum Dominum. |

Brev. Sleswicen. imp. Sleswici 1512. — Brev. Laciburgense imp. Lubecae 1506. nicht vgl.

121. De sancto Ansuero.

Ad Laudes.

- | | |
|---|--|
| 1. Rex gloriose martyrum,
Remunerator omnium,
Qui sanctos per martyrium
Perducis in empyreum. | 4. Quod experiens aemulus
Castitatis diabolus
Hunc contra sanctum stimulis
Tumultuavit plurimis. |
| 2. Rubescit in Slavonia
Flos, quem divina gratia
Extraxit ex Holsatia,
Quem trivit gens incredula. | 5. In abbatem eligitur,
Quod vir justus renititur,
Sed victus prece populi
Suscepit jugum Domini. |
| 3. Hic vir in pueritia
Subjecit cuncta vitia,
Sub Benedicti regula
Vixit in castimonia. | 6. Trinitati sit gloria,
Per cujus beneficia
Ansuerus his cum sociis
Tantis claret miraculis. |

Brev. Sleswicen. imp. Sleswici 1512.

122. De sancto Arigio.

Ad Vesperas.

- | | |
|---|---|
| 1. Adest dies laetitiae,
Quo scandit supra aethera,
Ab hac valle miseriae
Arigius in gloria. | 5. Angelorum Arigius
Chorum in terra audiit,
Ubi coruscans vocibus
Promit Christus quem censuit. |
| 2. Praeclarus ex progenie,
Lucidus in operibus,
Praesul fit sacro munere
Vapincensis vir inclitus. | 6. Lascivum operarium
Maledixit in Domino,
Quem suffocabat venenum,
Sanat ejus oratio. |
| 3. Nullum contempsit indolem
Curam habens de ovibus,
Extra caulas vertibilem
Trahit gregi flectibilem. | 7. Arigium Gregorius
Morum, vita, scientia
Sibi aequat, fert fortius,
Non similem in Gallia. |
| 4. In die coenae Domini
Tres elephantis sordidos
Lavacro pedum supplici
Orans sanavit morbos. | 8. Qui per hunc sanas languidos
Fulgentem claris titulis,
Jesu, qui hic sis nostra dos,
Gloria, laus in saecula. |

Brev. Vapincense imp. s. l. 1499. — 5, 2 Chorum in terra adhuc. —
8, 3 Jesu qui ciscis (!) nostra dos.

123. De sancto Arigio.

Ad Laudes.

- | | |
|--|--|
| 1. Laudes addamus laudibus,
Christum laudent Christicolae,
Resonent chorda, vocibus
Vapincenses deicolae. | 4. Arigius calcaneo
Grandem serpentem atterit
Et pastorali baculo
Saevas feras perdomuit. |
| 2. Crebris orationibus
Peragit noctis spatia
Mammetis sancti clavibus
Sublatus in ecclesia. | 5. Bono datus Arigius
Niveo peplo vestitur,
In cinere, cilicio
Nudum corpus resolvitur. |
| 3. Hic apri invincibilis
Ori afferit baculum,
Sic capitur, qui ferreis
Non potuit per populum. | 6. Hic verbis, vita praedicat,
Jugis orationibus,
Munera regum abdicat
Patrator in coelestibus. |

7. Qui per hunc sanas languidos.

Brev. Vapincense imp. s. l. 1499.

124. De sancto Arigio.

Ad Nocturnum.

- | | |
|--|--|
| 1. Modulizet ecclesia,
Jubilet chorus cantico,
Arigii magnalia
Recolant coeli Domino. | 2. Velut sidus irradians
Aetate prima claruit
Et sanctitate medians
Fine regnum obtinuit. |
|--|--|

- | | |
|---|--|
| <p>3. Clausas portas tenaciter
Seris orans Arigius
Patefecit viriliter
Per Christum clementissimus.</p> <p>4. Fluctu navim rupis rupit,
Sed dextera angelica
Sanctum a morte eripit,
Saxo fixit vestigia.</p> | <p>5. Arigius redarguit
Papam infectum crimine,
Culpa solutus meruit
Christo regi adsistere.</p> <p>6. Collum ursi jugum premit
Jussu almi Arigii,
Pro bove, quem interemit,
Vapincum traxit hoc ei.</p> |
|---|--|

7. Qui per hunc sanas languidos.

Brev. Vapincense imp. s. l. 1499. — 3, 4 Per ipsum clementissimum. — 6, 1 ursi fehlt. — 6, 3 quem interiit. — 6, 4 Vapincum traxit hō id; ob obige Konjektur hoc (jugum) ei das Richtige trifft, bleibt dahingestellt.

125. De sancto Arigio.

In 1. Vesperis.

- | | |
|---|--|
| <p>1. Jesu redemptor omnium,
Confessoris egregii
In hac die Arigii
Sume laudes fidelium.</p> <p>2. Qui doctor sanctae fidei
Reluxit in templo Dei,
Probant ejus miracula
Patefacta per saecula.</p> | <p>3. Hic gloriam sprexit mundi
Fuit atque cordis mundi,
Appetendo coelestia
Contemnebat terrestria.</p> <p>4. Meritis ergo istius
Arigii confessoris
Sit nobis hic propitius,
Qui praemium est laboris.</p> |
|---|--|
5. Deo patri et filio
Sit laus atque paraclito,
In cujus exstat filio
Locatus iste inclito.

Grad. ms. Nivernense anni 1532. Cod. Parisiens. 908.

126. De sancto Arigio.

Ad Laudes.

- | | |
|---|---|
| <p>1. Aeterne rex altissime,
Arigii festa fove
Colentes et vilissimae
Noxia culpae remove.</p> <p>2. Sanctus vixit Arigius
Pius, pudicus, humilis,
Castus, prudens et sobrius,
In mundo pastor utilis.</p> <p>3. Unde per summum judicem
Ut plenus Dei gratia
Electus in pontificem
Exstitit de Nivernia.</p> | <p>4. Dum beatus Nivernicam
Pontifex sedem tenuit,
Praedicando catholicam
Fidem subjectos docuit.</p> <p>5. Ursum Nivernis miserat,
Qui periit fluminibus,
Christus hunc, qui perierat,
Resuscitavit precibus.</p> <p>6. Nivernis corpus positum
Ligeris ad ripariam
Sine remis post obitum
Scandit apud Disesiam</p> |
|---|---|

- | | |
|--|--|
| 7. Hujus ergo solemnia
Celebremus cum jubilo,
Pro cujus est Disesia
Decorata praeconio. | 8. Deo patri perpetua
Sit laus et jubilatio,
Super hunc chorum, quem sua
Defendat benedictio. |
|--|--|

Brev. ms. Nivernense saec. 15. Cod. Dolens. 41. A. — Grad. ms. Nivernense anni 1532. Cod. Parisiens. 908 B. — 3, 2 fehlt B. — 6, 4 Dizesiam A; Disecssiam B.

127. De sancto Arnulpho.

In Vesperis.

1. Laudemus laudibus laude dignissimum,
Ipsum in mentibus geramus intimum,
Qui Vapincensibus patrem peroptimum
Contulit in regimine,
2. Per ipsum igitur regat nos hodie,
Qui pater dicitur misericordiae,
Quia vix quaeritur via justitiae,
Adesto nobis, Domine.
3. Omnino periit fides et caritas,
Penitus subiit fraus et duplicitas,
Quia jam abiit antiqua veritas
Ab omni quasi homine.
4. Supremi gaudii mater dulcissima,
Hujus exsilii ductrix tutissima,
Virtute filii adsis, piissima,
In districto examine.
5. Sit laus et gloria patri ingenito,
Sit sapientia ejusque genito,
Adsit clementia spiritui sancto
In saeculorum saecula.

Brev. ms. Vapincense saec. 14. Cod. Parisiens. 1261. A. — Brev. Vapincense imp. s. l. 1499. B. — Brev. Narbonense imp. Carcassonae 1535. C. — Ad Laudes BC. — 1, 1 Gaudemus laudibus A. — 2, 1 nos regat BC. — 3, 2 In mundo penitus fraus et C. — 4, 3 adsit BC.

128. De sancto Arnulpho.

Ad Matutinum.

1. Ad sacri praesulis Arnulphi merita,
Nostris in saeculis coelitus dedita,
Clerus cum populis gaudia debita
Resonet cum tripudio.
2. Non motu corporis nec pedum gressibus
Sed vis facinoris cedat virtutibus,
Curaque pectoris intendat moribus
Sancto virtutum studio.

3. Sequantur clerici patris vestigia
Non corde duplici sed via regia,
Gregis dominici propulsent taedia
Exemplo sancto praevio.
4. Cesset lascivia et omnis vanitas,
Subintret praevia in nobis caritas,
Quia jam devia falsa prosperitas
Falso decipit gaudio.
5. Sit laus et gloria patri ingenito,
Sit sapientia ejusque genito,
Adsit clementia spiritui sancto
In saeculorum saecula.

Brev. ms. Vapincense saec. 14. Cod. Parisien. 1261. A. — Brev. Vapincense imp. s. l. 1499. B. — Brev. Narbonense imp. Carcassonae 1535 C. — 1, 1 meritam B. — 2, 1 Con metu A. — 3, 3 propulset C. — Ad Vesperas BC.

129. De sancto Arnulpho.

In Laudibus.

1. Mater ecclesia colat in gloria,
Quae Deus gloriae contulit hodie
Arnulpho praesuli, ut nostri oculi
Cernunt praesentialiter.
2. Carnis integritas est cordis puritas,
Linguam blasphemiae zelus justitiae
Punit et merito, ne servi subito
Peccent contemptibiliter.
3. Stimulis moritur mortis, a mortuis
Rediit artifex, quem sacer opifex
Vitae restituit, sic Deo placuit,
Dignum laude memoriter.
4. Ferreum vinculum per Dei famulum
Solvitur libere divino munere
Sicque fit venia in conscientia
Prius laesa letaliter.
5. Sit laus et gloria patri ingenito,
Sit sapientia ejusque genito,
Adsit clementia spiritui sancto
In saeculorum saecula.

Brev. ms. Vapincense saec. 14. Cod. Parisien. 1261. A. — Brev. Vapincense imp. s. l. 1499. B. — Brev. Narbonense imp. Carcassonae 1535 C. — 3, 1 Stimulis mortuis AB, morituris C. — 3, 3 Perimit et merito C. — 3, 4 Digna laude A. — Ad Nocturnum BC.

130. De sancto Andoeno.

- | | |
|--|---|
| <p>1. Viac Sion hymnidicis
Nunc constipentur gaudiis
Ac prorumpat in iubilo
Mitis ordo fidelium.</p> <p>2. Namque solaris orbita
Festa reddit insignia,
Quis Andoenus coelicum
Pervenit ad collegium.</p> <p>3. Beatus ubi lucidum
Fulget sidus pontificum,
Ob sanctitatis merita
Christi gaudens praesentia.</p> <p>4. Qui tiro novus saeculi
Summo servivit principi,
Clam sub toga purpurea
Sancta gerens praecordia.</p> | <p>5. Scribarum primus annulum
Gestabat signatorium,
Se post lotus baptisate
Signans crucis caractere.</p> <p>6. Saepe raptus e corpore
Mira vidit in aethere
Coram multis alloquio
Dignatus et angelico.</p> <p>7. Sit trinitati gloria
Sublimis et potentia,
Quae sanctum fecit praesulem
Tantae virtutis compotem.</p> <p>8. Cujus mota precatibus
Et nos ornet virtutibus,
Ut cum justis pacifice
Collocemur in requie.</p> |
|--|---|

Brev. ms. S. Andoeni Rotomagens. saec. 13. Cod. Rotomagens. 192. A.
— Brev. ms. S. Amandi Rotomagens. saec. 14. Cod. Parisiens. 1027 B. —
Brev. S. Andoeni Rotomagens. imp. Rotomagi 1521. C. — 1, 3 Aut pro-
rumpat B. — 1, 4 Mittis ordo B. — 4, 4 gerens praecordia B. — 5, 3 Sic
post lotus B.

131. De sancto Augustino.

- | | |
|---|---|
| <p>1. Exsultet aula coelica,
Resultet voce melica
Clerus colens insignia
Augustini solemnna.</p> <p>2. Quem in aeterno speculo
Suo praevidit populo
Didascalum eximium
Deus creator omnium.</p> <p>3. Hic dum gregi praeficitur
Pastor bonus dignoscitur,
Verbo studens et opere
Lupos a grege pellere.</p> | <p>4. Hujus praeclara dogmata
Splendent mundi per climata,
Hujus terunt vestigia
Sacrae scripturae studia.</p> <p>5. Clero pater praecipuus,
Dux et doctor conspicuus
Normam tradit egregiam,
Viam ad coelos regiam.</p> <p>6. Clarum jubar ecclesiae,
Fac claros dono gratiae
Tua prece nos sedula
Mundans a mundi nebula.</p> |
|---|---|
3. Hoc, pater tu ingenite,
Hoc, fili unigenite,
Hoc dona nobis, spiritus,
Dextrae dei tu digitus.

Autiph. ms. Sanctense saec. 13. s. n. add. saec. 14.

132. De sancto Augustino.

Ad Processionem.

1. Salve, festa dies, toto venerabilis aevo,
Qua patris immensi fit memor ecclesia.
2. Augustinus erat facundus rhetoris arte,
Qui legit per se, quidquid ei placuit.
3. Ut rosa praerutilans oritur, sic prodiit ipse
Ex patre Patricio, matre quidem Monica.
4. Patricius gentilis erat Monicaque renata,
Quae sua per merita reddit utrumque Deo.
5. Planxit eum mater flens caecae mentis ob umbram,
Quando Manichaeos ille secutus erat.
6. Doctorum monitis gemuit peccata pudore,
Quem perlustravit gratia summa Dei.
7. Afflixit vehemens languor dentium cruciatu,
Supplicat affectu, fugit et ille dolor.
8. Pristina fermenta renuens in fonte sacro
Baptismum sumpsit, postea Christicola.
9. Exstirpans haereses coepit convivere sanctis
Et datur invito pontificatus ei.
10. Praecipuus sanctus perseveranter obibat,
Pauper divitiis, dives erat Domino.

Process. ms. S. Osithae saec. 15. ex. Cod. Oxoniens. Laud. Miscell. 329.

133. De sancto Baldo.

Ad Vesperas.

- | | |
|---|--|
| 1. Ad honorem salvatoris
Ex affectu cordium
Nostri melos et vox oris
Proferat in medium
Baldi sancti confessoris
Insigne praeconium. | 3. Navigare per hoc mare
Docte doctus studuit,
Mundi dolos contrectare
Penitus abhorruit,
Multa carnem edomare
Cruce non erubuit. |
| 2. Stirpe natus generosa
Morum flore floruit,
Vita cujus radiosa
Ut stella resplenduit,
Mundo fragrans velut rosa,
Quae nondum emarcuit. | 4. Maceratus et attritus
Per frequens jejunium,
Non injectu sed invitus
Voto pari civium
Turonensis est sortitus
Urbis pontificium. |

- | | |
|---|---|
| <p>5. Aurum sui praecessoris
 Dispersit pauperibus,
 Corde mundus, intus, foris
 Innocens et manibus,
 Morbi pestes et languores
 Suis sanans precibus.</p> | <p>7. Hujus ergo sancta prece,
 Summe Deus, expia
 Peccatorum nos a faece,
 Expiatos gratia
 Tua servet nos a nece,
 Quae est finis nescia.</p> |
| <p>6. Hoste, carne, mundo stratis
 Migravit a saeculo,
 Prece cujus sanitatis
 Dona dantur populo,
 Claudis gressus, lux orbatis,
 Vita redit parvulo.</p> | <p>8. Trinitati summae detur
 Virtus et victoria,
 Per quam Baldus promovetur
 Ad coeli fastigia,
 Quae vocare nos dignetur
 De poenis ad gaudia.</p> |
- Brev. Lochense imp. Turonibus 1536.

134. De sancto Baldo.

Ad Matutinum.

- | | |
|---|---|
| <p>1. Ad laudem Baldi praesulis,
 Cujus gaudemus corpore,
 Vocum vota cum modulis
 Concordent omni tempore.</p> | <p>5. Praemonstrat admirabilem
 Hunc virtutum immensitas,
 Spes altum, fides stabilem,
 Latum perfecta caritas.</p> |
| <p>2. Praeclaro natus genere
 Praeclaris fuit actibus,
 Sermone, signis, opere
 Palam emicans omnibus.</p> | <p>6. Peracto vitae circulo,
 Multis pollens virtutibus,
 Felix migrat a saeculo
 Carnis solutus nexibus.</p> |
| <p>3. Regis referendarius,
 Quae Dei sunt, exsequitur,
 Christi membris uberius
 Erogando compatitur.</p> | <p>7. Coelum conscendit spiritus,
 Corpus condit Vernulium,
 Quod datum sibi coelitus
 Nunc castrum servat Lochium.</p> |
| <p>4. Turonensis ecclesiae
 Summum sortitus apicem,
 Sanctitatis eximiae
 Fructum dedit multiplicem.</p> | <p>8. Trino Deo et simplici
 Digna laudum praeambula
 Sint et Baldo pontifici
 Per infinita saecula.</p> |

Brev. Lochense imp. Turonibus 1536.

135. De sancta Barbara.

In 1. Vesperis.

- | | |
|--|--|
| <p>1. Proles de coelo prodiit,
 Nobilitate claruit,
 Dum in Barbaram saeviens
 Barbara gens exaruit.</p> | <p>2. Spoliatis haec vestibus
 Dilaniatur acriter
 Cum flagris atque fustibus
 Et hoc suffert alacriter.</p> |
|--|--|

- | | |
|--|---|
| <p>3. <i>Assumpta mente coelitus</i>
 <i>Amoris ab incendio,</i>
 <i>Christo pangit medullitus</i>
 <i>In tormentorum medio.</i></p> <p>4. <i>Fac et fer testimonia</i>
 <i>De passione virginis</i>
 <i>Quaque dulcis harmonia</i>
 <i>Dei fuit imaginis.</i></p> | <p>5. <i>Legi amoris dedita,</i>
 <i>Sponso conjuncta nobili,</i>
 <i>Tortoribus est tradita,</i>
 <i>Ut placeret ignobili.</i></p> <p>6. <i>Dum ejus caro frangitur</i>
 <i>Ab impiorum manibus,</i>
 <i>Magis animo jungitur</i>
 <i>Christo psallens cum laudibus.</i></p> |
|--|---|
7. *Domum Dei nos consecra*
Tua prece, o Barbara,
Nec non pro nobis obsecra,
Ne consequamur tartara.

Psalter. c. hymn. ms. S. Barbarae in Algia saec. 14/15. Cod. S. Genovefae Paris. BBL. Fol. 22. add. saec. 15. Mel. = Proles de coelo.

136. De sancta Barbara.

Ad Nocturnum.

- | | |
|--|---|
| <p>1. <i>In coelesti palatio</i>
 <i>Nova regina colitur,</i>
 <i>In virginum consortio</i>
 <i>Stella resplendens oritur.</i></p> <p>2. <i>Barbara catechumina</i>
 <i>Paternis stans in laribus</i>
 <i>Post cathesin cacumina</i>
 <i>Poli scandit virtutibus.</i></p> <p>3. <i>Metit de messe triticum</i>
 <i>Ex radicali germine</i>
 <i>Orationum supplicum</i>
 <i>Sacro regente flamine.</i></p> <p>4. <i>Haec carnis desideria</i>
 <i>Velut nefas abhorruit,</i>
 <i>At erga ministeria</i>
 <i>Spiritus semper floruit.</i></p> <p>5. <i>Linguae virus compescuit,</i>
 <i>Falsi loquelam variam,</i>
 <i>Meramque facto docuit</i>
 <i>Doctrinam multifariam.</i></p> | <p>6. <i>In virili conjugio</i>
 <i>Decrevit non exsistere,</i>
 <i>Cum sponso Christo regio</i>
 <i>Praeelegit consistere.</i></p> <p>7. <i>Ad judicem adducitur,</i>
 <i>Patris dum spernit monita,</i>
 <i>Tuncque poenis addicetur</i>
 <i>Nec ob hoc est attonita.</i></p> <p>8. <i>Vita, virtute splenduit,</i>
 <i>Dum patiens fert verbera,</i>
 <i>Et angelus, dum induit</i>
 <i>Stola, medetur ubera.</i></p> <p>9. <i>Summi regis o filia,</i>
 <i>Ora pro nobis Dominum,</i>
 <i>Quae pascis inter lilia</i>
 <i>Choris nunc degens virginum.</i></p> <p>10. <i>De tenebris fulgentibus</i>
 <i>Educti comi jubare,</i>
 <i>Sacro tandem coelestibus</i>
 <i>Meritis demur Barbarae.</i></p> |
|--|---|

Psalt. c. hymn. ms. S. Barbarae in Algia saec. 14/15. Cod. S. Genovefae Parisien. BBL. Fol. 22. add. saec. 15. — Mel. = Proles de coelo prodiit. — 5, 1 vire compescuit Hs. — 7, 3 addiscitur Hs. — 8, 4 medens ubera Hs. — 9, 3 Qui pascis Hs.

137. De sancta Barbara.

Ad Laudes.

- | | |
|---|---|
| 1. Plaude, turba virginea,
Barbarae cantans dulciter,
Eamque nunc cum chorea
Tibi junge feliciter. | 4. Carnem terendam praebuit
Suppliciis immanibus,
Quae triumphare meruit
Impiorum de manibus. |
| 2. Haec simplex et amabilis
Decoraque conspicitur
Et virtute mirabilis
Ex gestis ejus noscitur. | 5. Pauper pro Christo spernitur,
Quem vera colit latria,
Tandem ditata cernitur
Secum regnans in patria. |
| 3. Vili contempto scelere
Carnis, licet juvencula,
Gedeonis haec vellere
Signatur absque macula. | 6. Verorum mater inclita
Servorum, qui quotidie
Tua reclamant merita,
Adsis tu memor hodie. |
| 7. Patri, natoque flamini
Sit decus, honor, gloria,
Barbarae quoque virgini
Detur in coeli curia. | |

Psalt. c. hymn. S. Barbarae in Algia saec. 14/15. Cod. S. Genovefae Parisien. BBL. Fol. 22. add. saec. 15. Mel.: Proles de coelo prodiit. — 7, 4 Demur Hs.

138. De sancta Barbara.

In 2. Vesperis.

- | | |
|---|---|
| 1. Decus florum, fons hortorum,
Odorem reddit nimium
Virgo fragrans, in te flagrans,
Christe, redemptor
omnium. | 5. Hanc sequantur, qui vexantur,
Nam poenae cito transeunt,
Recte vient, ne devient,
Vexilla regis prodeunt. |
| 2. Plaudat reus, parcit Deus
Barbarae sacris precibus,
Hinc sit laetus praesens coetus,
Exsultet coelum laudibus. | 6. Regis signum Christi dignum
Amoris pacto foedere
In hac fulsit, sic refulsit
Jam lucis orto sidere. |
| 3. Demptam fore mundi flore
Carnis testantur vulnera,
Quae dum portat, haec reportat
Aeterna Christi munera. | 7. Est lux lucens, tute ducens
Hujus viae per stadia,
Non offendit sed ostendit
Beata nobis gaudia. |
| 4. Pro te, Christe, dolor iste
Virtute patientiae
Sibi levis fitque brevis,
Summae Deus clementiae. | 8. Mena sursum nostri cursum,
Directrix callis fulgidi,
Quo tendamus et canamus
Ad coenam agni providi. |

Psalter. c. hymn. ms. S. Barbarae in Algia saec. 14/15. Cod. S. Genovefae Parisien. BBL. Fol. 22. add. saec. 15. Mel.; Proles de coelo prodiit.

139. De sancta Bathilde.

- | | |
|--|--|
| 1. Inter triumphos nobiles,
Praeclari Christi milites
Tendentes ad aetherea
Aeterna ferunt praemia, | 7. Frequentabat ecclesias,
Orans Deum cum lacrimis,
Vigiliis, jejuniis
Inhaerebat assiduus. |
| 2. Fuit Bathildis optima
Coelestis regis famula,
Quae regnavit in Francia
Favente Dei gratia. | 8. Sub regis namque copula
Ut femina devotissima
Quaesivit regi optimo
Jesu adhaerere Domino. |
| 3. Haec femina laudabilis,
Et honorata meritis,
Moribus quae pollet sanctis,
Sic triumphat cum angelis. | 9. Abjecit vana omnia,
Concupivit aetherea,
Nunc possidet coelestia
Aeterni regis praemia. |
| 4. Forma quoque egregia
Et mente subtilissima,
Electa est a Domino
Ex genere Saxonico. | 10. Contemnens mundi gloriam
Menteque devotissima
Post perfectam justitiam
Migravit ad coelestia. |
| 5. Quae peregrina venerat,
Regi Francorum nupserat,
Quam Deus magna gratia
Vocavit ad coelestia. | 11. Cujus per sacra merita
Facit Deus miracula,
Ad ejus sacros cineres
Plures curantur debiles. |
| 6. Diligens certe Dominum
Ex corde devotissimo,
Christi vero pauperibus
Ut mater erat omnibus. | 12. Gloria clementissimo
Deo patri et filio
Una cum sancto spiritu
In sempiterna saecula. |

Brev. ms. Suessionense saec. 14. Cod. Mazarin. 348 (766) A. — Brev. ms. ss. Trinitatis Pictaviens. saec. 15. Cod. Semin. Pictaviens. a. n. B. — De sancta Radegunde B. — 1, 2 Praeclaros Christi A; Praeclara Christi merita B. — 1, 4 Aeternis ferunt B. — 2, 1 Ut Radegundis optima B. — Str. 3 lautet in B:

Haec est femina laudabilis
Meritisque honorabilis
Sanctis quoque moribus
Et praecipue in omnibus.

4, 1 quoque decora B. — 4, 4 genere Toringo B. — Str. 5 fehlt B. — 6, 2 corde perfectissimo B. — 7, 2 orans vero B. — 8, 2 femina egregia B. — 8, 4 Certe adhaerere B. — Str. 9 hinter Str. 10 B. — 9, 4 aeternis fruit (!) praemiis B. — 11, 1 sancta merita B. — 11, 4 curantur infirma. — 12, 4 Regnante in perpetuum B.

140. De sancta Benedicta.

- | | |
|--|---|
| 1. Ut remicent magnalia
Facta solo Dei nutu,
Laxentur fauces et ora
Cordis vero cum gemitu. | 2. Stirps sobolesque regia
Claret miro intuitu,
Dum effugat daemonia
Supernaque vocat jussu. |
|--|---|

- | | |
|---|--|
| <p>3. Gaude nunc tu, Burdegala,
Tantis ditata thesauris,
Quos tribuit Veronica
Ducissae verbis devotis.</p> | <p>5. Hinc detulit sudarium
Cum vestimentis virginis
Ossaue innocentiam,
Quos occidit rex immanis.</p> |
| <p>4. Lac expressum ex mamillis,
Quas suxit Christi labium
Cum saxis protomartyris
Tuum ornant coenobium.</p> | <p>6. Gloria inde sit patri
Ejusque unigenito,
Sancto simul paraclito
Excellenti trinitate.</p> |

Brev. Burdigalense imp. Burdigalae 15**.

141. De sancto Benedicto.

1. Conditor rerum omnium, Deus,
Lucis origo, luminis verbum,
Redemptor orbis, fons animarum,
Pastor aeternae, immaculatus.
2. Concentum suave praebe sonantem,
Infunde corda lacrimis unda,
Ut praecinamus carmina laudum
Tibi, qui sanctis praemia donas.
3. Praebes in cunctis opem de summis,
Prophetis almis dona partiris,
Inter quos iste confessor tuus
Sortem adeptus est Benedictus.
4. Merito pollet opus et nomen,
In signis claret virtutibusque.
Spiritu sancto repletus manet,
Praesagus exstitit omnium mentes.
5. Nociva mundi calcat jactura
Rebus exutus desertum petens,
Eliae particeps exstitit vatum,
Pauli, Antonii, magni Johannis.
6. Arma adsumens praeclara sancta,
Praecinctus ense, clipeo, hasta,
Caritas quaeque, spes, fides certa,
Indutus vicit hostem antiquum.
7. Dubiae mentis arguens fratrem
Discipulumque imperans verbo,
Stagna aquarum pedibus calcans
Petri ad instar signibus pollet.

Brev. ms. Hispanicum saec. 11¹². Cod. Londinens. Add. 30848. — 5, 4 Antoni, magni Johannes Hs. — 6, 2 clipeum, asta Hs. — 6, 3 Claritas Hs.; quaeque statt quae, wozu sunt zu ergänzen; die theologischen Tugenden sind Schwert, Schild, Lanze. — 6, 4 vincit Hs. — 7, 4 fratrum Hs.

142. De sancto Benigno.

1. Hymnos nunc Domino voce sonora
Mens canat in júbilo pluribus una,
Nomine condigno festa Benigni
Sectando celebris martyris alma,
Qui tenet immensi gaudia regni
Coelestis, junctus civibus ejus.
2. O felix nimium macte Benignus,
Gratia quem meritis summa benigne
Martyrii palma glorificandum
Ex praeominibus auxit in uno
Regis honorandum culmine sacri
Altaris nec non lumine verbi.
3. Gallorum tenera nam pietate
Subdidit altitonans colla ferina
Mira per orata, mira per acta,
Victor dumque tua jussio, certat
Subdere se morti, te dare vitae
Regis perversi crimine diro.
4. Pascendus dapibus aethere missis,
Carceris horribiles igne probate,
Nil metuis, miles, ire tenebras;
Te post supplicia plura peracta
Lancea transfixit, et velut agnum
Te sibi magnus sustulit agnus.
5. Jam simplex anima funere leti
Corporis et propria luce relictâ
Tendit in excelsis promere laudes
Scandens clara poli regna figura,
Nate Dei, mundo spiritus almus,
Qua te monstravit voce paterna.
6. En sciri, patere teque Benignum
Visere ne pigeat te refovendo,
Sarcina quos quassat fortiter actos
Delictis gravibus, dum premit hostis
Trux miseros curis; gratia Christi
Nos, quo te, salvos sidere donet.
7. Sit laus, imperium, pax, honor omnis,
Gloria sitque tibi vita, potestas,
Semper ut exstitit, qui regis orbem,
De nullo genitus et tibi nato
Flamine cum sancto, qui tamen unus
Es, et cui constat est sine fine.

Psalt. et hymn. ms. S. Benigni Divionens. saec. 12. Cod. Belnens. 63.
 A. — Brev. ms. S. Benigni Divionens. saec. 14. Cod. Parisiens. (Arsen.) 274.
 B. — Antiph. ms. Fiscannense saec. 13. Cod. Rotomagens. 245. C. — Brev.
 ms. Fiscannense saec. 14. Cod. Rotomagens. 105. D. — 1, 2 Mens fehlt B. —
 2, 1 Benignis AB. — 3, 3 Mira per orata fehlt B. — 5, 4 regna figina
 B. — 7, 6 Et est cui constat et sine A; Es est cui constat et sine B; τὸ
 est hier gleich τὸ esse. — Str. 5, 6 und 7 bilden eigenen Hymnus in B.

143. De sancto Benigno.

- | | |
|--|---|
| 1. Benignitatis spiritu
In his sacris solemniis
Donare jam non differat
Aeterna nos benignitas. | 3. Tanti micans praenominis
Noster patronus gloria
Tormenta tempsit plurima,
Derisit et gravissima. |
| 2. Hujus resciri nomine
Magno dat hoc in munere
Cum gratiae praeconiis.
Qui largus est in praemiis. | 4. Adeptus est quam maxima
Hic ter beatus gaudia,
Nos nostra solvens debita
Reddat supernis civibus. |
| 5. Sit trinitati gloria,
Cujus Benignus gratia
Mentem columbam simplicem
Misit figurans spiritum. | |

Psalt. c. hymn. ms. S. Benigni Divionens. saec. 12. Cod. Belnens. 63. A. —
 Brev. ms. S. Benigni Divionens. saec. 14. Cod. Parisiens. (Arsen.) 274. B. —
 Antiph. ms. Fiscannense saec. 13. Cod. Rotomagens. 245. C. — 1, 1 spiritus
 AB. — 1, 2 Sacris in his solemniis B. — 4, 2 Hic te beatus B.

144. De sancto Benigno.

- | | |
|---|--|
| 1. Hic justus esse creditur,
Nam tam benignus nomine
Quam gratia, qua cernitur
Micare tot virtutibus. | 4. Qui pane pavit martyrem
Coelo Benignum, conferat
Ejus precatu coelitus
Nobis petendum pabulum. |
| 2. Hic clara caecis lumina,
Hic gratis multis famina,
Hic pansa surdis monita,
Hic recta claudis pervia, | 5. Quo pervius sit transitus
Hinc patriam conantibus
Adire felicissimam
Per aequitatis semitam. |
| 3. Hic corporum, hic mentium
Optanda dat fidelibus
Ut optimae clementiae
Vir atque sincerissimae. | 6. Sit trinitati gloria,
Cujus Benignus gratia
Mentem columbam simplicem
Misit figurans spiritum. |

Antiph. ms. Fiscannense saec. 13. Cod. Rotomagens. 245. — Das Lied
 ist daselbst an den vorhergehenden Hymnus angehängt, charakterisiert sich
 indes, auch abgesehen von seinem Fehlen in den Dijoner Handschriften, als
 selbstständiges Ganze.

145. In Revelatione s. Benigni.

Ad Vesperas.

- | | |
|--|---|
| 1. Gaude, mater ecclesia,
Lauda Christi clementiam,
Quae Benignum de Graecia
Transmisit in Burgundiam. | 4. Post pedes sic dispositos
Denae ponuntur subulae
Per denos ejus digitos
Ardentes quasi faculae. |
| 2. Roborare dum mittitur
Martyr fidem viriliter,
Jussu tyranni capitur
Et tractatur crudeliter. | 5. Bina perfossus lancea,
Caput vecte percutitur,
Columba quaedam nivea
Ex ipso tunc egreditur. |
| 3. Super pedes effunditur
Ipsius plumbum bulliens,
Nec clamat nec conqueritur
Pro Christo mori sitiens. | 6. Sic rosa delectabilis
Offertur regi gloriae,
Miles inexpugnabilis
Remuneratur hodie. |
| 7. Trinitati sit dedita
Laus, honor, virtus gloria,
Quae per Benigni merita
Nos ducat ad coelestia. | |

Brev. ms. S. Benigni Divionen. saec. 14. Cod. Parisiens. (Arsen.) 274.

146. In Revelatione s. Benigni.

Ad Nocturnum.

- | | |
|--|---|
| 1. Exsultet coelum laudibus,
Resultet terra gaudiis,
Benignus in coelestibus
Laetus potitur praemiis | 4. Cum furibundis canibus
Missus fuit in carcerem,
Figurans in aliquibus
Sic Danielelem veterem. |
| 2. Mundanam calcans gloriam
Benignus, martyr inclitus,
Pro Christo contumeliam
Pati dignus est habitus. | 5. O virum ineffabilem,
Omni dignum memoria,
Quem reddunt commendabilem
Vita, mors, signa varia. |
| 3. Devotionis adipe
Repletus et pinguedine,
Agonizat cum principe
Sanctus pro Christi nomine. | 6. Trinitati sit dedita
Laus, honor, virtus, gloria,
Quae per Benigni merita
Nos ducat ad coelestia. |

Brev. ms. S. Benigni Divionen. saec. 14. Cod. Parisiens. (Arsen.) 274.

147. In Revelatione s. Benigni.

Ad Laudes.

- | | |
|--|---|
| 1. Hymnum novae laetitiae
Decantemus alacriter,
Nam Benigni reliquiae
Transferuntur solemniter. | 2. Dum conatur, ut populus
Errores suos corrigat,
Aureliani famulus
Illum catenis alligat. |
|--|---|

- | | |
|---|--|
| 3. Ante conspectum ducitur
Martyr Benignus praesidis,
Tormentis non pervertitur
Nec blandimentis callidis. | 5. O gloriosa passio,
Quam felix ejus anima,
Cujus fiunt suffragio
Per mundum signa plurima. |
| 4. Triumphat per martyrrium
Coeli Benignus incola,
Nunc in choro coelestium
Bina gaudet aureola. | 6. Conemus totis viribus,
Ut cuncta nostra debita
Solvantur ejus precibus
Praesentia, praeterita. |

7. Trinitati sit debita etc.

Brev. ms. S. Benigni Divionen. saec. 14. Cod. Parisiens. (Arsen.) 274.

148. De sancto Bercharo.

1. Alme Berchare, venerande martyr,
Sume servorum modulos tuorum,
Qui tibi festum celebrant ovanter
Laudibus hymnum.
2. Tu Dei nostri famulando jussis,
Dote sublimi fidei perennis
Signa virtutum dederas per orbem
Munere Christi.
3. Templi sacraasti populo fideli
Et decus normae monachalis aptans
Plebibus justis patriam supernam
Esse dedisti.
4. Sicque per magnos operum labores
Atque praeclaros meriti triumphos
Celsa coelorum roseo cruore
Regna petisti.
5. Nunc, potens pastor, famulis adesto
Aure praestanti gemitus egentum
Mitis exaudi simul et vetustum
Terge reatum.
6. Tu vides, quantis terimur malorum
Casibus, quantos patimur labores.
Dexteram nobis pietatis infer,
Sancte, rogamus.
7. Pelle vexantes scelerum ruinas,
Comprimens hostes jugiter nocentes.
Fraudis invitae jaculis resiste
Praeside Christo.
8. Lumen immensae deitatis almae,
Mentibus nostris miserans creatos
Conferas vitam simul et beatam
Omne per aevum.

Brev. ms. Dervense saec. 14/15. Cod. Calmontanus 30. — 3, 2 monachilis
Hs. — 8, 1 deitas Hs.

149. De sancto Bernwardo.

Ad Vesperas.

- | | |
|---|---|
| 1. Aula coelestis patriae
Exsultet nunc et jugiter,
Quam praesul sanctus hodie
Civis intrat feliciter. | 3. Bernwardus vita, moribus
Virtutum culmen tenuit,
Exemplum suis ovibus
Ad veram vitam praebuilt. |
| 2. Laetabunda Saxonia
Ejus festa suscipiat,
Cujus clara prosapia
Hanc coeli rosam germinat. | 4. Eja, ejus vestigia
Totis sequamur viribus,
Ut nos ad coeli gaudia
Ducat cum suis precibus. |
| 5. Regem regum et principem
Beatorum spirituum
Omnes laudemus pariter
Et nunc et aeternaliter. | |

Brev. ms. Hildesiense saec. 15. Cod. Capit. Trevirens. 180. A. — Brev.
Sleswicense imp. Sleswici 1512. B. — Brev. Bremense imp. Coloniae 1486.
C. — Brev. Mindense imp. s. l. anno 1515. D. — 1, 3 praesul noster CD.

150. De sancto Bernwardo.

Ad Laudes.

- | | |
|--|--|
| 1. Amor Dei praecordia
Emolliat Saxonica,
Ut Bernwardi solemnia
Peragant cum laetitia. | 3. Solvit gazophylacium
Jesu Christi per gemitum,
Dum accepit Dominicum
Lignum per coeli nuntium. |
| 2. Virgo coeli hunc praesulem
Suae fecit ecclesiae,
Qui vitam ducens coelibem
Est decus suae patriae. | 4. Angelis templum condidit
De suo patrimonio,
Quem Michael nunc addidit
Beatorum collegio. |
| 5. Regem regum et principem
Beatorum spirituum
Omnes laudemus pariter
Et nunc et aeternaliter. | |

Brev. ms. Hildesiense saec. 15. Cod. Capit. Trevirens. 180. A. — Brev.
Sleswicense imp. Sleswici 1512. B.

151. De sancto Bertrando.

Ad Vesp. et Laudes.

1. Laus tibi sit, Christe, laetus cantat chorus iste,
Omne procul triste depelle maloque resiste.

2. Adsunt festa patris, exsultent viscera matris,
Edere quae natum vere meruere beatum.
3. Vir Domini natus, dicta est ecclesia mater,
Sit pastor gratus, sit pius ipse pater.
4. Nos vitiis munda, pie dux, da corpora munda,
Munere fecunda salvans a morte secunda.
5. Gloria sit patri, genito cum flamine sancto,
Eripiens baratri tenebris nos lumine sancto.

Brev. ms. Tolosanum saec. 14. Cod. Tolosan. 74. A. — Brev. Tolosanum imp. Parisiis 1553. B. — 1, 1 laetus psallit A. — 3, 1 dictus est B.

152. De sancto Bertrando.

Ad Matutinum.

1. Insula Jordanis non es sterilis nec inanis,
Quae famulum Christi mundo tam laeta dedisti.
2. Deditus hic mundo mentem cum corpore mundo
Christo servavit se totum moxque dicavit.
3. Hunc Convenarum divino munere clarum
Plebs sibi pastorem fecit dans patris honorem.
4. O pie, nos serva cui psallit juncta caterva,
Suscipe, defende, coelestia dona repende.
5. Gloria, laus et honor genito sit cum genitore,
Sancto spiritui, quod corde canamus et ore.

Brev. ms. Tolosanum saec. 14. Cod. Tolosan. 74. A. — Brev. Tolosanum imp. Parisiis 1553. B. — 5, 2 quod corde et ore canamus B. gegen den Reim.

153. De sancto Bonaventura.

In 1. Vesperis.

- | | |
|--|---|
| <ol style="list-style-type: none"> 1. Novum sidus emicuit
Miris fulgens indicis,
Lumen caecis enituit
Sacris sparsis scientiis. 2. Qui spretis transitoriis
Fit post minorum minimus,
Purum Adae contagiis
Hales fatur eximius. 3. Jesu pedibus oscula
Bonaventura ingerit,
Fructifera hinc dogmata
Suxit, prae cunctis floruit | <ol style="list-style-type: none"> 4. Quem dum lux Thomas saeculi
Comparem pergit visere,
Dictantis haerent oculi
Coelis, hinc jubet cedere. 5. Sublimatur honoribus
Religioni primitus,
Praeest praesul cardinibus,
Humiliat se funditus. 6. Tusa Graecorum pectora
Sacro reduxit flamine
Quinque sprevere litora
Christi quos emit sanguine. |
|--|---|

7. Patri, nato, paraclito
Detur honor et gloria,
Bonaventurae merito
Sint nobis plena gaudia.

Antiph. ms. Hibernorum saec. 15. ex. Cod. Collegii SS. Trinitatis Dublinens. B. 1. 2.

154. De sancto Bonaventura.

Ad Nocturnum.

- | | |
|---|---|
| 1. In doctorum hierarchia
Bonaventura colitur,
In sanctorum amoenia
Mirandus vir extollitur. | 5. De secretis scientiae
Haurit et abundantius,
De factis conscientiae
Hic providet consultius. |
| 2. Francisci verus filius,
Forma factus humilium,
Fitque doctor egregius
Florens ut candens lilium. | 6. Datur in lucem omnibus
Splendens vita, miraculis,
Ornatus sanctis moribus
Fulget virtutum titulis. |
| 3. Vacat sedule studio
Fretus divina gratia,
Auget ei devotio
Merita multiplicia. | 7. Mortem Christi plangit, plorat
Doctor, vir devotissimus,
Et pro delictis exorat,
Quem exaudit altissimus. |
| 4. Hic mundum spernit penitus
Servans Francisci regulam,
Sanctimoniae deditus,
Gestans minorum cordulam. | 8. Pro nobis intercedere
Placeat sua gratia,
Ut salvator tribuere
Dignetur sua gaudia. |

Antiph. ms. Hibernorum saec. 15. ex. Cod. Collegii SS. Trinitatis Dublinens. B. 1. 2. A. — Nocturn. ms. Franciscan. saec. 15. ex. Cod. Lugdunens. 476. B. — 1, 3 aemoenia AB.

155. De sancto Bonaventura.

Ad Laudes.

- | | |
|---|--|
| 1. Plaude, minorum plantula,
Multum ditata prospere,
Doctore dante pocula
Sacro depressa ubere. | 4. Hic vir magna aggreditur,
Ut aurora progreditur,
Ne perdat Dei munera,
Carni infligit aspera. |
| 2. Hic pastor, rector humilis,
Noxae ultor mirabilis,
Semen in agro fertili
Serens doctrina utili. | 5. Carmen devotum proferens,
Pestes et morbos auferens,
Coeleste regnum meruit,
Aureolam, dum docuit. |
| 3. Pontificali culmine,
Sancto splendescens tegmine,
Signat Dei charismata,
Christi dum gestat schemata. | 6. Luce vera praeambula
Francisci sequens semitam
Cucurrit absque macula
Ad palmam justis creditam. |

7. Patri, genito, flamini
Devota reddant agnima
Laudem condignam numini
Per matutina carmina.

Antiph. ms. Hibernorum saec. 15. ex. Cod. Collegii SS. Trinitatis Dublinens. B. 1. 2.

156. De sancto Bonaventura.

In 2. Vesperis.

- | | |
|---|--|
| 1. Decus morum, lux doctorum,
Bonaventura omnibus
Fertur motus et devotus
Exsultet coelum laudibus. | 4. Bonis claret, ut monstraret
Donatum sibi meritum,
Fama crescit nec decrescit,
Deus, tuorum militum. |
| 2. Pastor gregis, doctor legis
Gaudet corde mirifico,
Datus Christo saeclo isto
Ex more docti mystico. | 5. Contemplator et amator
Devotioni deditus
Ardet dignis, splendet signis,
Veni, creator spiritus. |
| 3. Meditatur, sublimatur,
Divina eum subvehunt,
Alta rapit, sancta sapit.
Vexilla regis prodeunt. | 6. Doctor sanus, quem laudamus,
Devictor hostis callidi,
Nos eamus, te rogamus,
Ad coenam agni providi. |

Antiph. ms. Hibernorum saec. 15. ex. Cod. Collegii SS. Trinitatis Dublinens. B. 1. 2.

157. De sancta Brigida.

Ad Vesp. et Noct.

- | | |
|--|--|
| 1. Adest dies laetitiae,
Qua sancta virgo Brigida
De tenebris miseriae
Transit ad regna lucida. | 3. Haec est laurus Hiberniae
Cujus viror non marcuit,
Plena misericordiae
Nulli petenti defuit. |
| 2. A statu pudicitiae
Deo servire studuit,
Dono pollens munditiae
Sponso superno placuit. | 4. Per saecula sine terminis
Soli Deo sit gloria,
Qui prece tantae virginis
Nos ducat ad coelestia. |

Antiph. ms. Clondalkinense saec. 15. Cod. Collegii ss. Trinitatis Dublinens. B. 1. 3. A. — Antiph. ms. Kilmonense saec. 15. Cod. Coll. ss. Trinit. Dublinens. B. 1. 5. B. — Brev. ms. Dublinense saec. 15. Cod. Coll. ss. Trinitatis Dublinens. B. 3. 13. C. — Brev. ms. Hibernicum saec. 15. Cod. Oxoniens. Miscell. Liturg. 215. D. — Doxol: Gloria tibi Domine, qui natus es de virgine etc. A.

158. De sancta Brigida.

Ad Laudes.

- | | |
|---|--|
| 1. Christo canamus gloriam,
Qui per beatam Brigidam
Decoravit Hiberniam,
Vitam dans ejus lucidam. | 3. Manco manum restituit,
Leprosos mundans maculis,
Gressum claudis exhibuit,
Sanans privatos oculis, |
| 2. Haec speculum munditiae,
Quae mundo late claruit,
Haec rosa temperantiae,
Cujus virtus non languit. | 4. Coenam fecit mirabilem
Multis de uno modio,
Totum praebens durabilem
Toto paschali gaudio. |
5. Per saecula sine termino etc.

Antiph. ms. Clondalkinense saec. 15. Cod. Collegii ss. Trinitatis Dublinens. B 1. 3. A. — Antiph. ms. Kilmonense saec. 15. Cod. Coll. ss. Trinitatis Dublinens. B 1. 4. B. — Brev. ms. Dublinense saec. 15. Cod. Coll. ss. Trinitatis Dublinens. B 3. 13. C. — Brev. ms. Hibernicum saec. 15. Cod. Oxoniens. Miscell. Liturg. 215. D. — Doxol: Gloria tibi Domine A; Coeli Deo sit gloria C. — Mel.: Exsultet coelum laudibus.

159. De sancto Cannico.

Ad Vesp. et Noct.

- | | |
|---|---|
| 1. Dulci resultet canticò
Laeta turba fidelium,
Sancto decantans Cannico
Tota virtute cordium. | 3. Hic ab adolescentia
Jugum portavit Domini
Divina providentia
Sancto se donans ordini. |
| 2. Qui natus in Kenacia
Claram traxit originem,
Attingens Dei gratia
Virtutum celsitudinem. | 4. Mundum calcit sub pedibus
Suspirans ad coelestia,
Multis clarus virtutibus
Laetus gaudet in patria. |
5. In trinitate simplici
Soli Deo sit gloria,
Qui prece sancti Cannici
Nos ducat ad coelestia.

Antiph. ms. Clondalkinense saec. 15. Cod. Collegii SS. Trinitatis Dublinens. B 1, 3. — 2, 1 natus oder ortus fehlt.

160. De sancto Cannico.

Ad Laudes.

- | | |
|--|---|
| 1. Jesu, redemptor omnium,
Nos servos sancti Cannici
Per ipsius suffragium
Regni fac cives coelici. | 2. Divino sub obsequio
Plures habens discipulos
Erexit pio studio
Sacros virtutum titulos. |
|--|---|

3. Dum sanctae vitae regulis
Devota mente paruit,
Verbo, vita, miraculis
Late per orbem claruit.

4. Ingressus in Italiam
Ignis fornacem superat,
Quem miram per potentiam
Deus a mari liberat.

5. In trinitate simplici etc.

Antiph. ms. Clondalkinense saec. 15. Cod. Collegii SS. Trinitatis Dublinens. B 1. 3. — Mel.: Jesu redemptor omnium.

161. De sancto Claro.

Ad Vesperas.

1. Martyr beate, summe Clare pontifex,
Aegris salutis saepe mirus artifex,
Caecis habendi promptus auctor luminis,
Cujusque demum restitutor debilis,
Cujusque saevi mox repulsor daemonis.
2. Sanator adsis talis aegris moribus,
Illuminator talis orbis mentibus,
Gressus reforma claudicantium debiles,
Pacis viam salutis atque tramites
Pergant siti durent et illassabiles.
3. Quidquid miselli intulere criminis
Astu maligno daemones, nequissimis
Mentes agentes persuasionibus,
Precando dele, dona posce spiritus,
Grates tibi quo concinat noster chorus.
4. Festum frequentat obsequentum concio
Colitque supplex nostra te devotio,
Tu corde mundo atque justos actibus,
Tutos periculis ac malis ab omnibus,
Terris levatos redde nos coelestibus.
5. Rerum parenti, trinitati simplici,
Cum patre nato, septiformi flamini
Devota laudum personent praeconia,
Grates agantur, concinatur gloria
Per haec et ultra quaeque semper saecula.

Brev. ms. Tutelense saec. 11/12. Cod. Parisiens. 1256.

162. De sancto Claro.

Ad Laudes.

1. Clari recurrit annua
Dum gloriosi gloria
Totus piorum sobriis
Orbis resultet gaudiis.
2. Tutela, tanti martyris
Servans thesaurum corporis,
Tu persona gaudentius
Tui patroni laudibus.

- | | |
|---|---|
| <p>3. Turbas per orbem plebium
Everterat gentilium,
Divina dicta severat,
Messis beata fuerat.</p> <p>4. Sacer sator fructus sui
Laboris ac miles Dei
Palnam triumphi nobilis
Coelestibus refert thronis.</p> | <p>5. Terris reliquit dulcia
Ossum suorum pignora,
Collata nobis coelitus
Colamus haec devotius;</p> <p>6. Beatus horum spiritus
Revisat ut nos saepius
Reddatque summo numini
Cum patre proli, flaminii.</p> |
|---|---|

Brev. ms. Tutelense saec. 11/12. Cod. Parisiens. 1256.

163. De sancto Claro.

Ad Vesperas.

1. Ut queat sacrum celebrare festum
Praesulis Clari chorus hic salubri
Laude pro tanti meritis patroni,
Annue, Christe.
2. Da tuis mores famulis decentes,
Alleva lapsos stabili labentes,
Ut patri nostro mereamur in hoc
Psallere grato.
3. Qui tui clarus radiis amoris
Omnibus mundi populis refulsit,
Factus exemplis bonitatis omnis
Lucifer orbis.
4. Iste Nannetis fuit almus urbis
Pastor et noster modo fit patronus,
Nam tuetur nos pretiosa gleba
Corporis ejus.
5. Servus ut prudens simul et fidelis
Lucra de sumptis retulit talentis,
Namque conservis tribuit salutis
Optime victum.
6. Actibus, verbis pariterque signis
Rem satis digne populi suamque
Egit, hinc regnum meruit supernum
Scandere felix.
7. Hujus a cunctis precibus periculis
Atque peccatis, pie rex, tuere
Hanc domum, virtus in ea sit et pax
Tempore cuncto.
8. Una majestas, honor et potestas
Sit patri summo parilique nato
Flamini nec non utriusque sancto
Perpete saeclo.

Brev. ms. S. Albini Andegavens. saec. 15. ex. Cod. Andegavens. 108. A. —
Brev. S. Albini Andegavens. imp. Andegavi 1531. B.

164. De sancto Claro.

Ad Laudes.

- | | |
|--|---|
| 1. Hymnum tibi, Jesu bone,
Quem pangimus, tu suscipe,
Qui gloriosus in tuis
Sanctis es et mirabilis. | 4. Quem de lucratis plebibus
Multis refertum mercibus
Ad litus almus spiritus
Verae quietis appulit. |
| 2. Laudamus ecce nunc tua
Solemniter magnalia
Pro gloria, quam nobili
Claro dedisti praesuli. | 5. Illic supernis civibus
Conjunctus in his dulcibus
Grates tuae clementiae
Gaudet perennes reddere. |
| 3. Qui sidus ut clarissimum
Illuminavit saeculum,
Ejusque conversatio
Virtutis exemplar fuit. | 6. Hujus precatu turbidi
Nos eruens de saeculi
Periculis fac advehi
Vitae beate portui. |
| 7. Laus trinitati simplici
In laude sit sancti sui,
Nobis quae praestet omnia
Laudare se per saecula. | |

Brev. ms. S. Albini Andegavens. saec. 15. ex. Cod. Andegavens. 108.
A. — Brev. S. Albini Andegavens. imp. 1531. B.

165. De sancto Claudio.

Ad Nocturnum.

1. Christum laudemus dominantem astris,
Novae qui laudis radiis illustrat
Nomen antiquum praesulis beati
Regna petentis.
2. Noctis demersit Hesperum rigentem
Rubens aurora Claudii natali,
Qui vitae ductu temerata patrum
Jura piavit.
3. Fulget prophetae genitus camoena,
Cujus ad chordas modulante plectro
Restitit torrens, siluere venti
Haud redituri.
4. Liquit perito regimen magistro
Forti jam sole medioque vere,
Tantos emensus pelagi labores
Non vagus errat.

5. Nobiles ramos nemoris sacrati
Satis audaci tetigit carina,
Extera fune religavit ora
Fonte secunda.
6. Occidit regnis procul a paternis
Tectus insigni tumulo priorum,
Vadit, qua pignus populo relicto
Dulce reportet.
7. Fluxit praepotens Claudia propago,
Subjectus orbis ditioni cujus
Paruit, prolis postera cadentis
Gloria surgit.
8. Jesu, quem votis redimita colit
Turba, grandaevi puerique grates
Cui jam persolvunt, precibus precamur.
Parce ruinis.

Cod. Parisiens. 915. saec. 15.

166. De sancto Claudio.

Ad Laudes.

- | | |
|--|---|
| 1. Jesu, largitor veniae,
Virtutis dulce praemium
Triumphum sacri praesulis
Pangit fidelis concio. | 6. Fontis ex hausto gurgite
Formosus infans occidit,
Pastor quem pius reddidit
Patri lugenti sospitem. |
| 2. Sidus aeterni luminis
Propulsis umbris emicat,
Cujus nitore pascimur
Beata laudis gloria. | 7. Felix antistes Claudius,
Natale cujus rutilat,
Gentes exsultant supplici
Voto canentes gloriam. |
| 3. Victor hic est, qui perfido
Hoste calcato Domini
Crucis fulgens insignibus
Tollensque crucem sequitur. | 8. Sic te mercedis genere,
Sacerdos, ornat vario
Christus compage corporis
Relicta terris integra. |
| 4. Funus crudele vetuit
Afflictae matris unici
Votivi quaestus arbiter
Tutorque nati pervigil. | 9. O lux et gemma praesulum,
Decore coelos amplians,
Caducum genus meritis
Adae parentis sustine. |
| 5. Puer amissos resumit
Spiritus annis floridus,
Gaudet incessu libera
Opem matrona sentiens. | 10. Christo sit virtus genito,
Celso qui throno praesidet,
Cum patre et sancto spiritu
Regnans rex septus angelis. |

Cod. Parisien. 915. saec. 15.

167. De sancto Columba.

Ad Vesp. et Noct.

- | | |
|---|--|
| 1. Columba penna nivea
Collo resplendens roseo
Loca petit siderea
E claustro mundi luteo. | 3. Hic nidum sibi posuit
In petra poenitentiae,
Devotos Christo genuit
Pullos per verbum gratiae. |
| 2. Matre carens corporea
Patre gaudet empyreo,
Cum magistra virginea
Doctorum fulget cuneo. | 4. Pro dulci cantu quaerulis
Intendebat gemitibus,
Crebros adjungens sedulis
Fletus orationibus. |
| 5. Soli Deo sit gloria,
Qui nos post cursus stadia
Columbae per suffragia
Ducat ad coeli gaudia. | |

Brev. ms. Dublinense saec. 15. Cod. Collegii ss. Trinitatis Dublinens.
B. 3. 13. A. — Brev. ms. Hibernicum saec. 15. Cod. Oxoniens. Miscell.
Liturg. 215. B.

168. De sancto Columba.

Ad Laudes.

- | | |
|---|--|
| 1. Jesu, redemptor omnium,
Servos benigne respice,
Per Columbae suffragium
Mites et castos effice. | 4. Felle carens et simplicem
Mentis habens intuitum
Laudem canit multiplicem
Super aquarum transitum. |
| 2. Hic pietatis moribus
Refulsit in ecclesia,
Columbinis operibus
Cum summa pudicitia. | 5. Mundum calcans sub pedibus
Suspirat ad coelestia,
Sacris plenus operibus
Laetus gaudet in patria. |
| 3. Vitans sordis malitiam
Peccati pro diluvio
Quaesivit sibi requiem
In arcae sacrae solio. | 6. Soli Deo sit gloria,
Qui nos post cursus stadia
Columbae per suffragia
Ducat ad coeli gaudia. |

Brev. ms. Dublinense saec. 15. Cod. Collegii ss. Trinitatis Dublinens.
B. 3. 13. A. — Brev. ms. Hibernicum saec. 15. Cod. Oxoniens. Miscell.
Liturg. 215. B.

169. De ss. Cosma et Damiano.

Ad Vesperas.

- | | |
|--|--|
| 1. Congaudentes exsulemus
Pari concordantia,
Regem regum collaudemus
Christum super omnia
Et devote postulemus
Sanctorum suffragia. | 2. Vox exsultet, plaudat manus,
Corda sint simplicia,
Cosmas atque Damianus
Adsunt ad praesidia,
Quos afflixit vir profanus
Versus insania. |
|--|--|



- | | |
|---|---|
| <p>3. Ortum ambo sortiuntur
 Uno patre gemini
 Et baptismum assequuntur,
 Legem summi Domini,
 Imbuendique traduntur
 Simul sacrae pagini.</p> <p>4. Inde simul amplexantur
 Medicinae studium,
 Dare gratis gloriantur
 Infirmis auxilium,
 A sanatis aspernantur
 Habere stipendium.</p> <p>5. Hi virtute meritorum
 Corruscant miraculis,
 Surdus audit et caecorum
 Visus datur oculis,
 Manus mancis, mutus fatur
 Rectis verbis, modulis.</p> | <p>6. Fama currens germanorum
 Divulgat solertiam,
 Quisquis venit infirmorum
 Ad horum praesentiam,
 Expers recedit dolorum
 Per Dei clementiam.</p> <p>7. Quo comperto furibundus
 Vocat ad praetorium
 Praeses fratres iracundus,
 Inquiri vestigium,
 His sermo Dei facundus
 Confirmat eloquium.</p> <p>8. Sua fratrumque suorum
 Confitentur nomina,
 Illos praeses ad deorum
 Invitat libamina,
 Renuenti tormentorum
 Promittit discrimina.</p> |
|---|---|
9. Laus sit patri, laus sit proli,
 Laus sit sancto flamini,
 Laus perenni Deo soli,
 Laus et honor numini,
 Nutu cujus alta poli
 Conceduntur homini.

Brev. ms. SS. Cosmae et Damiani prope Turones saec. 15. Cod. Turonens 152. — 1, 2 Pari concordemus. — 5, 5 Manus mansit. — 6, 5 Hi sermo. — 7, 1 suorum fehlt.

170. De ss. Cosma et Damiano.

Ad Matutinum.

- | | |
|--|--|
| <p>1. Renitentes sacra dare
 Germani daemoniis
 Hos procurat fatigare
 Praeses poenis variis,
 Sed non prodest hos gravare
 Illatis suppliciis.</p> <p>2. Superatis sic tormentis
 Et maris naufragio
 Exstiterunt sanae mentis
 Confuso supplicio,
 Hostis premit saevientis
 Animi confusio.</p> | <p>3. Post haec iudex praeparavit
 Flammaram incendium,
 Quod in nullum contristavit
 In veste, in medium
 Flamma furens sed cremavit
 Partem circumstantium.</p> <p>4. Hos cum iudex per tormenta
 Non posset devincere
 Nec per sua blandimenta
 Ad deos adducere,
 Sanctos jubet crucifigi,
 Quos sic credit perdere.</p> |
|--|--|

- | | |
|--|---|
| <p>5. Crucifixi, lapidati
Sunt petrarum ictibus,
Sed lapides retrodati
Vulnus dant jactantibus,
Permanserunt Deo grati
Illaeis corporibus.</p> <p>6. Judex jubet evocari
Militum consortium,
Quorum sperat sanctis dari
Sagittis exitium,
Sed non possunt violari
Ictu ferientium.</p> | <p>7. Ictu dati retrolati
Cadunt in adstantibus,
Quibus multi cruentati
Jacent mortis nexibus,
Tunc privati sunt beati
Germani capitibus.</p> <p>8. Laus sit patri, laus sit proli,
Laus sit sancto flmini,
Laus perenni Deo soli,
Laus et honor numini,
Nutu cujus alta poli
Conceduntur homini.</p> |
|--|---|

Brev. ms. SS. Cosmae et Damiani saec. 15. Cod. Turonens 152. — 3, 4 In vestes Hs. — 6, 6 furientium Hs.

171. De ss. Cosma et Damiano.

Ad Laudes.

- | | |
|--|--|
| <p>1. Cum duobus subierunt
Tres fratres martyrrium,
Qui praesentes adfuerunt
Ad fratrum supplicium
Ad coeleste transierunt
Supernorum gaudium.</p> <p>2. Cumque quidam fide clari
Starent ad spectacula
Cogitantes, inhumari
Quo possent corpuscula,
Tunc camelus coepit fari
Recensens miracula,</p> <p>3. Quae fuerunt declarata
Per germanos populo,
A quo vox est sic prolata,
Ut eodem tumulo
Sint duorum collocata
Corpora cum titulo.</p> | <p>4. Admirantes sunt parentes
Hoc viso miraculo,
Decollatos reponentes
In eodem loculo,
Christum laudent obsequentes
Sanctis corde sedulo.</p> <p>5. Fratrum turma jam gaudente
Coelis, quos optaverat,
Liberatur a serpente
Vir, in quem intraverat.
Qui sanctorum pura mente
Deum invocaverat.</p> <p>6. Vir uxore commendata
Sanctis exit patriam,
Quae dum iret sauciata
Daemonis fallaciam
Sentit, sed est liberata
Per fratrum praesentiam.</p> |
|--|--|

7. Laus sit patri, laus sit proli.

Brev. ms. SS. Cosmae et Damiani saec. 15. Cod. Turonens 152.

172. De ss. Cosma et Damiano.

- | | |
|--|---|
| <p>1. Rex, diadema militum
Tibi agonizantium,
Intende melos, quaesumus,
Quod tibi corde canimus.</p> | <p>2. Glorificamus martyres,
Quos tu besti homines,
Cosmam excellentissimum
Damianumque socium.</p> |
|--|---|

- | | |
|---|--|
| <p>3. Hi testes tuae gloriae
Lisia diro praeside
Tibi triumphant, Domine,
Sanctorum spei maximae.</p> <p>4. Devicto primum vinculo
Hi vinciuntur denuo,
Mari praeses immererat,
Angelus mox eiecerat.</p> | <p>5. Hinc fornacis incendium
Devicere per spiritum,
Aestuat ignis clibanus,
Plus fervet ardor spiritus.</p> <p>6. Post crucis sanctae vulnere
Iam praescinduntur capita,
Te triumphante spiritus
Coeli redduntur sedibus.</p> <p>7. Christe, per eos, quaesumus,
Esto nobis propitius
Cum patre et sancto pneumate
Regnans per omne saeculum.</p> |
|---|--|

Brev. Mindense imp. s. l. anno 1515.

173. De sancto Cuthberto.

Ad Vesperas.

- | | |
|---|--|
| <p>1. Magnus miles mirabilis,
Multis effulgens meritis,
Cuthbertus nunc cum Domino
Gaudet perenni praemio.</p> <p>2. Carnis terens incendia
Corde credidit Domino,
Caduca cuncta contemnens
Caritatis officio.</p> <p>3. Legis mandata Domini
Laetus implevit opere,
Largus, libens, lucifluus
Laudabatur in meritis.</p> | <p>4. Fecit manare flumina
Fontis signo perpetui,
Ubi nulla vestigia
Videbantur fonticuli.</p> <p>5. Linguam resolvit vinculis
Longo tempore retentam
Petrosa terra segetem
Parvo produxit tempore.</p> <p>6. Illius nos auxilium
Deprecamur perpetuum,
Ut mereamur dicere
Sine fine cum gaudio:</p> <p>7. Gloria patri ingenito
Ejusque unigenito
Una cum sancto spiritu
In sempiterna saecula.</p> |
|---|--|

Brev. ms. Dunelmense (?) saec. 10. Cod. Londinens. Harl. 2691. A. —
Brev. ms. Coldoniense saec. 13/14. Cod. Londinens. Harl. 4664. B. — Hymn.
ms. Anglo-Saxonicum saec. 10/11. Cod. Londinens. Vesp. D. VIII. C. — Bei
Stephenson, Latin Hymnus etc. p. 68. — 1, 2 et fulgens B.

174. De sancto Cuthberto.

Ad Matutinum.

1. Anglorum populi plaudite cuncti,
Hymnum dulcisona voce canentes
Cuthbertumque patrem signipotentem
Coelesti jubilo rite canentes.

2. Quem sol justitiae luminis auctor
Concessit nitidam stare lucernam,
Quo pellat tenebras daemonis atras
Pandat ac populis gaudia lucis.
3. Per quem mira Deus signa peregit,
Quae novit numero claudere nemo,
Fulserunt quoniam plurima valde
Totum quadrifidum nota per orbem.
4. Hujus voce madens arida tellus
Produxit liquido gurgite fontem
Petrosoque solo tempore parvo
Fecit multiplicem crescere messem.
5. Christi fortis erat miles inermis,
Ducens angelicam sedule vitam,
Multos eripiens mortis ab ore
Et cunctis reserans atria vitae.
6. Ejus per meritum, Christe, precamur,
Ut nobis reseres lumen Olympi,
Qui cum patre Deo paraclitoque
Regnas ac moderas saecula cuncta.

Brev. ms. Coldoniense saec. 13/14. Cod. Londinens. Harl. 4664.

175. De sancto Cuthberto.

Ad Laudes.

- | | |
|--|--|
| 1. Adesto nobis, inclite
Confessor et egregie,
Cuthberte, qui in coelica
Cum Christo regnas gloria. | 3. Centena tibi praemia
Christi donavit gratia,
Quia fideli pectore
Parvo servisti tempore. |
| 2. Beatus es, emerite
Et gloriose pontifex,
Cujus per omne saeculum
Pollet nomen et meritum. | 4. Dignanter ergo supplicum
Exaudi vota pauperum
Et solita clementia
Tu defer indulgentiam. |
| 4. Est qui rex regum Dominus,
Unus Deus omnipotens,
Sit benedictus omnia
Per saeculorum saecula. | |

Brev. ms. Coldoniense saec. 13/14. Cod. Londinens. Harl. 4664.

176. De s. Cypriano Pictaviensi.

- | | |
|--|--|
| 1. Cypriani laudiflui
Festum colentes martyris,
Christe, dignanter respice
Mercatos tuo sanguine. | 2. Hic martyr insignis tuus,
Coelo terraeque rutilus,
Pro te effundens sanguinem
Pro nobis effundat precem. |
|--|--|

- | | |
|---|---|
| <p>3. Pollet claris qui meritis,
Nos solvat nexu criminis
Et impetratam protinus
Det nobis opem, petimus.</p> <p>4. Monachorum plebeculae
Memento, martyr inclite,
Salvando clerum devotum
Et miserantem populum.</p> | <p>5. Sexum tu fove fragilem
Omnisque coetus ordinem,
Orando pacis inclitae
Munus nobis assurgere.</p> <p>6. Praesta, pater, per filium
Hoc nobis unigenitum
Conjuncto sancto flamine
Omni per aevum tempore.</p> |
|---|---|

Brev. ms. SS. Trinitatis Pictaviens. saec. 15. ex. Cod. Semin. Pictaviens
s. n. — 2, 1 insignis tuis Hs. — 3, 1 clarisque Hs. — 4, 1 plebiculae.

177. De ss. Cyrice et Julitta.

- | | |
|--|--|
| <p>1. Omnes terrarum incolae,
Ad diem festum currite,
Ut in virtute stabiles
Glorificetis martyres.</p> <p>2. Julitta quaedam nobilis,
Martyr et mater martyris,
Hac die caesa gladio
Coelum petit cum filio.</p> <p>3. Haec orta de nobilibus
Iconiorum civibus,
Gentilem sectam respuit
Et Christianam coluit.</p> <p>4. Corporeorum uberum
Lacte fovendo puerum
Spirituali ubere
Fidem docebat sugere</p> | <p>5. Quo Alexander cognito
Opus requirit solitum
Et sui moris studio
Ferit utrumque gladio.</p> <p>6. O magne martyr Cyrice,
Possessor aulae coelicae,
Per tuam innocentiam
Nobis acquire veniam.</p> <p>7. Julitta, mater inclita,
Sanctarum choris addita,
Cum omni coetu virginum
Pro nobis ora Dominum.</p> <p>8. Ut nos ad vestram gloriam
Per suam ducat gratiam
Et dominorum meritis
Det libertatem famulis.</p> |
|--|--|

9. In sua sapientia
Sit patri Deo gloria
Et patris sapientiae
Virtus in sancto flamine.

Brev. ms. Elnonense saec. 12. Cod. Valentianens. 95. A. — Grad. et
Antiph. ms. Nivernense saec. 12. Cod. Parisiens. Nouv. acq. 1235. B. — Brev.
ms. Nivernense saec. 15. Cod. Dolens 41. C. — 2, 3 Coelum ivit A. — Str.
4 fehlt C. — 5, 1 Quod Alexandro cognitum BC. — Der Hymnus ist von
Huchald; cfr. J. Desilve, De schola Elnonensi, Lovanii 1890, p. 108. not. 4;
die Melodie ist in B dieselbe wie zum Hymnus Beata nobis gaudia.

178. De ss. Cyrice et Julitta.

Ad Matutinum.

- | | |
|--|--|
| <p>1. Audi, redemptor saeculi,
Voces cantantis populi
Bella Cyrici fortia
Et Julittae praeconia.</p> | <p>2. Cyricus, martyr inclitus,
Passus est martyr subditus
Membraque gerens tenera
Sub Alexandro vetera.</p> |
|--|--|

- | | |
|---|--|
| <p>3. Trusit ambos in carcere,
Prunas ardentes temere
Iussit addi capitibus
Abstractis horum pellibus.</p> <p>4. Prunae coronae citius
Splendentes tamquam radius
Solis fiunt per merita
Super eorum capita.</p> <p>5. Sanctos fecit dividere
Serris et artus frangere
Tunc Alexander impius,
Ne loqui possent amplius.</p> | <p>6. Carnes frixae sartagine
Ex divino spiramine
Resurgunt palam omnibus
Conversis decem milibus.</p> <p>7. Cyrici linguam scindere
Fecit et virus bibere,
Quod a mendico traditur
Et hoc hausto convertitur.</p> <p>8. In catasta sunt positi
Completo cursu meriti,
Signantes plectunt capita.
Cyricus atque Julitta.</p> |
|---|--|
9. Vitam nobis in lumine
Eorum prece, Domine,
Da post vitae curricula
In sempiterna saecula.

Brev. ms. Nivernense saec. 15. Cod. Dolens. 41.

179. De sancto Desiderio.

Ad Nocturnum.

1. Atroci turbae obviat antistes
Lapide sistens monitu placare,
Prece satagit: parce quaeso ovi,
Macta pastorem.
2. Insontes pios, famine, delectos,
Mammis lambentes jugulat acerba
Manus et ictu celeri mactatis
Aethera pandunt.
3. Advolat clamor abdita per sentes,
Accurrunt cives celeri pro fuga
Aedem petentes, quos scelesti cohors
Perimit ense.
4. Vatis venusti cervicem pacatam
Tolli rex jubet, celeri attritus
Transvolat ictu spiritus excelsa
Carne dissutus.
5. Gloriam Deo superis maximam
Persolvant omnes sancti, qui proclivas
Preces attollant, quarum operatus
Ad coelos vehat.

Antiph. ms. S. Desiderii Avenionens. saec. 15. Cod. Avenionens. I. add. saec. 15/16. — Mel: Iste confessor. — Der Hymnus ad Vesp. ausgerissen, wodurch der Anfang der Erzählung verloren ist. — 1, 2 Lepide sistens monitum placare Hs. — 5, 3 attollat Hs.

180. De sancto Desiderio.

Ad Laudes.

1. Praesulis sacri lumine exstincto
Diris caeduntur spiculis et oves,
Pastori haerent martyrum catervae
Foetu demisso.
2. Allidit rupe fanaticus lictor
Caput impudens, cerebro conspersit
Lutea humi, spiritu discerpens
Vitam efflavit.
3. Carpitur Croscus, Arelate saevit,
Tument et turbae, rigide absorptus
Occubat nece, sceleris auctorem
Fana propugnant.
4. Accipe, praesul, peccantum praesagas
Supplicum laudes, numine orbatis
Lumen refunde, superi ut nobis
Ostia pandant.
5. Gloriam Deo superis maximam
Persolvant omnes sancti, qui proclivas
Preces attolant, quarum operatus
Ad coelos trahat.

+ Antiph. ms. S. Desiderii Avenionens. saec. 15. Cod. Avenionens. I. add. saec. 15/16. — 3, 1 Crescus Hs. Cfr. Greg. Turon. Hist. Franc. I, 32. — 3, 4 propugnat. — 4, 1 praesago. — 4, 2 laude. — 5, 3 attollant; opem ratus.

181. De sancto Dominico.

Ad Vesperas.

- | | |
|---|---|
| 1. Christe, qui es vita
Sanctorum, lux, via,
Salus atque forma,
Nostra sume vota. | 4. Unde tibi laudes
Decantemus omnes,
Hymnum depromentes
Votaque solventes. |
| 2. Qui fecisti tuum
Puerum Dominum
Sumere triumphum,
Vicit quo tormenta. | 5. Meritis ipsius,
Christe, te rogamus,
Nostros regens actus
Nobis sis placatus. |
| 3. Coeli nunc in aula
Ovat hinc corona,
In terris qui mira
Patrat per te signa. | 6. Nostrum et reatum
Deleas per ipsum,
Colamus ut festum
Ejus mente laetum. |
| 7. Honor tibi, virtus
Atque summum decus,
Sit, Deus, qui trinus
Es semper et unus. | |

Brev. ms. Aniciense saec. 14. Cod. Capit. Aniciense s. n. A. — Brev. ms. Aniciense saec. 15. Cod. Parisiens. 1304. B. — Brev. ms. Aniciense saec. 15. Cod. Parisiens. (Arsen.) 277. C. — 1, 2 Sanctorum tu, das weitere fehlt B. — 2, 3 Sumeret triumphum B. — 2, 4 Vincique tormenta B. — 3, 2 Ornat hunc (l. hunc) B. — 4, 3 fehlt B. — 7, 3 Sit decus qui B.

182. De sancto Dominno.

Ad Laudes.

1. Omnium rector Deus et creator
Atque sanctorum bravium tuorum,
Dominini nobis colere triumphum
Annue sacrum.
2. Cumque bis quinos ageret hic annos,
Vile calcando, nititum petendo
Se tuo iugo copulavit ultro
Corde benigno.
3. Praesidi ductus stetit ut vir actus,
Signa virtutis meritis opimis
Monstrarunt virum populo beatum
Munere sacrum.
4. Invocans regem superos regentem
Templa destruxit, zabulum fugavit,
Reddidit vitae gelidos supernae
Atque catervae.
5. Spernit hic mundum sitiens, Olympum,
Diligens Christum posuit se ipsum,
Sic se per dirum meruit tormentum
Scandere coelum.
6. Te Deum cuius meritis rogamus,
Arceas crimen, tribuas juvamen,
Ut tibi juncti valeamus almam
Ducere vitam.
7. Sit decus summo pariterque nato,
Flamini sancto simul et beato,
Qui regit cosmum sine fine trinus
Solus et unus.

Brev. ms. Aniciense saec. 14. Cod. Capit. Aniciense s. n. A. — Brev. ms. Aniciense saec. 15. Cod. Parisiens. 1304. B. — Brev. ms. Aniciense saec. 15. Cod. Parisiens. (Arsen.) 277. C. — 3, 2 virtutis nobis opimis C. — 3, 3 populum beatum fehlt B. — 5, 2 sq. posuit se ipsum sic se per dirum fehlt B. — 7, 2 Flaminique B; Flamini juncto C; simul et beato fehlt B. — 7, 3 cosma C; sine fine fehlt B. — 7, 4 Solus fehlt B.

183. De sancto Donatiano.

Ad Vesperas.

- | | |
|---|---|
| 1. Christo cohaerens concio
Deo laudes altissimo
Donatiani praesulis
Piis solvat solemnīs. | 5. Ad martyrum consortia
Crucis tendens victoria,
Sacerdotum praefulgida
Est poderatus infula. |
| 2. Praecordiorum abdita,
Concentuum praeconia
Dulci frequentent gloria
Tanti patroni gratia. | 6. Necserta desunt virginum,
Gemma pudoris caelibum,
Agnum Dei patris pium
Cum cantico sequentium. |
| 3. Hic carne vixit angelus,
Archos patrum sanctissimus
In spiritu propheticus,
Magnis nitens virtutibus. | 7. Hujus, redemptor, inclita
Nos protegant solemnia,
Ut ejus in regno tuo
Communicemus praemio. |
| 4. Apostolorum praeditus
Auctoritate vivida
Dono superni spiritus
Solvit reorum vincula. | 8. Deo patri sit gloria
Ejusque soli filio
Cum spiritu paraclito
Et nunc et in perpetuum. |

Brev. ms. Cameracense saec. 15. Cod. Laudunens. 256. A. — Brev. ms. Cameracense saec. 15. Cod. Cameracens. 93. B. — Brev. Cameracense imp. Parisiis 1497. C. — Brev. S. Donatiani Brugens. imp. Parisiis 1520. D. — 7, 3 Nunc ejus in A. —

184. De sancto Donatiano.

Ad Laudes.

1. Praesul magnificus, Donatianus,
Cujus de meritis sol hodiernus
Solemnis rutilat, tempora vitae
Virtutum titulis extulit apte.
2. Hinc arcem solii pontificalis
Salvator Dominus contulit illi
Clara metropoli, Gallia tota
Qua spectabilis est orbi universo.
3. Pastor sollicitus pro grege Christi
Sacris excubiis invigilavit
Adventum Domini pervigil orans
Et desiderio mentis anhelans.
4. O felix nimium, quem vigilantem
Dominus invenit, quem venerando
Occursu procerum coelicolarum
Hoc lucis jubare transtulit ad se.

5. Castris angelicis consociatus
Et vultus deici luce locatus
Nobis obtineat gaudia regni,
Destinata tuis, conditor orbis.
6. Hoc largire pater luminis omnis
Natum per proprium flamine sacro,
Qui tecum nitida vivit in aethra
Regnans et moderans saecula cuncta.

Brev. ms. Cameracense saec. 15. Cod. Laudunens. 256. A. — Brev. ms. Camerscense saec. 15. Cod. Cameracens. 93. B. — Brev. Cameracense imp. 1497. C. — 2, 1 Hic arcem A. — 2, 4 spectabilis es C.

185. De sancto Donato.

Ad Vesperas.

1. Iste confessor Domini Donatus,
A Deo patre coelitus donatus,
Hodie coelo fuit coronatus
Miro splendore.
2. Qui pius, prudens, flos religionis,
Qui sine naevo reprehensionis
Multos convertit conversationis
Flagrans odore.
3. Ad sacrum cujus tumulum sanantur
Saepe, qui corde puro deprecantur
Vario morbo licet opprimantur
Sive languore.
4. Unde nunc noster vocibus canoris
Chorus exsultet laude confessoris,
Ut sociemur angelicis choris
Ejus amore.
5. Sit salus illi summae trinitati,
Quae gloriosis meritis Donati
Sanctorum jungat nos societati
Cum redemptore.

Brev. Sistaricense. imp. Sistarici 1513. — 2, 2 Ubi sine naevo. — 2, 3 Flagrans.

186. De sancto Donato.

Ad Nocturnum.

- | | |
|--|--|
| 1. Pange lingua praeconium
Donati, Dei famuli,
Qui propter coeli gaudium
Contempsit pompam saeculi. | 2. Sanctus ad sacerdotii
Sacrum promotus ordinem,
Tanti memor officii
Fugit in solitudinem. |
|--|--|

- | | |
|---|--|
| <p>3. Artare studens cellula
Mundi vitae incendium,
Ut posset sine macula
Servare sacerdotium.</p> | <p>4. Doctrinae theologicae
Ferventi vacans studio,
Vixit anachoretice
Cum Florentino socio.</p> |
| <p>5. Praesta nobis, rex gloriae,
Sancti Donati meritis
Supernae jungi gloriae
Cum sanctis tuis inclitis.</p> | |

Brev. Sistaricense imp. Sistarici anno 1513. — 3, 1 trudens. — 3, 2 vita. — 4, 3 anachorice. — 5, 4 sanctis tuis ignosce, offenbar verdrückt.

187. De sancto Donato.

Ad Laudes.

- | | |
|--|---|
| <p>1. Bodonensis ecclesiae
Abbas, Marius nomine,
Virtutum forma, lumine
Pollebat sapientiae.</p> | <p>4. Soluta carnis vinculo
Post labores certaminum
Aeternae vitae pabulo
Sumpto migrat ad Dominum.</p> |
| <p>2. Hic in spiritu visitat
Donatum, Dei famulum,
Sanctus obviam cursitat,
Dant sibi pacis osculum.</p> | <p>5. Sanctus vir illum Marius
Florentinusque tumulant,
Ad cujus tumbam crebrius
Virtutes multae pullulant.</p> |
| <p>3. Post dulcia colloquia
Introeunt ecclesiam,
Donatus eucharistiam
Petit cum reverentia.</p> | <p>6. Praesta nobis, rex gloriae,
Sancti Donati meritis
Supernae jungi gloriae
Cum sanctis tuis inclitis.</p> |

Brev. Sistaricense imp. Sistarici anno 1513. — 4, 2 laboris. — 4, 4 Spreto (sic) migrat. — 5, 1 vir ergänzt. — 6, 4 vgl. den vorhergehenden Hymnus. —

188. De sancto Dunstano.

Ad Vesperas.

- | | |
|--|--|
| <p>1. Ave, Dunstane, praesulum
Sidus decusque splendidum,
Lux vera gentis Anglicae
Et ad Deum dux praevie.</p> | <p>4. Offer, sacerdos, hostias
Christo precum gratissimas,
Quibus placatus criminum
Solvat catenas ferreas.</p> |
| <p>2. Tu spes tuorum maxima
Dulcedo nec non intima
Spirans odorum balsama
Vitalium melliflua.</p> | <p>5. Per quas Anglorum terminis
Ecclesiaeque filiis
Et nationes perfidae
Pestesque cedant noxiae.</p> |
| <p>3. Tibi, pater, nos credimus,
Quibus te nil jucundius,
Ad te manus expandimus,
Tibi preces effundimus.</p> | <p>6. Per te, pater, spes unica,
Per te, proles, pax unica,
Et, spiritus, lux unica,
Adsit nobis in saecula.</p> |

Hymn. ms. Anglo-Saxonicum saec. 10/11. Cod. Londinens. Vesp. D. XII.
A. — Psalt. et Hymn. ms. Cantuariens. saec. 15. Cod. Lambethanus 558.
B. — Psalt. et Hymn. ms. Cantuariens. saec. 14. in. Cod. Oxoniens. Ashmol. 1525. C. — Bei Stephenson p. 98. —

189. De sancto Dunstano.

Ad Nocturnum.

- | | |
|--|--|
| <p>1. Per te nitescat, rex Deus,
Nox ista luce clarius,
Illuminat quam transitus
Tui Dunstani praesulis.</p> <p>2. Hunc matris inter viscera
Tua repletum gratia
Ad usque mortis tempora
Magna ditasti gloria.</p> | <p>3. Per hujus en insignia
Christi tui praeconia
Sanctorum inter agmina
Crementa captant aurea.</p> <p>4. Et mater virgo ecclesia
Ejus sequens vestigia
Ad patriam felicibus
Anhelat morum passibus.</p> <p>6. Hinc laus, honor, hinc gloria
Deo patri et filio,
Sancto simul paraclito
Nunc et per cuncta saecula.</p> |
|--|--|

Psalt. et Hymn. ms. Cantuariens. saec. 15. Cod. Lambethanus 558. A. —
Psalt. et Hymn. ms. Cantuariens. saec. 14. in. Cod. Oxoniens. Ashmol. 1525. B.

190. De sancto Dunstano.

Ad Laudes.

- | | |
|--|---|
| <p>1. Dunstanus en coelestia
Ovans petit palatia,
Sequamur desiderio
Hoc consonantes cantico.</p> <p>2. Ascensor euge coelice
Regnator et Olympice,
Felix coronis utere
Deique regnum posside.</p> | <p>3. Per haec rogamus gaudia,
Quae nunc petis perennia,
Haec festa nobis prospera
Tuis coronis fulgida.</p> <p>4. Nobis Deum et nos Deo
Offer pio suffragio,
Ubi cum angelis tuo
Communicemus gaudio.</p> <p>5. Praesta, pater, per filium,
Praesta per alnum spiritum,
Ut Dunstani ad consortia.
Tua tendamus gratia.</p> |
|--|---|

Psalt. et Hymn. ms. Cantuariens. saec. 15. Cod. Lambethanus 558. A. —
Psalt. et Hymn. ms. Cantuariens. saec. 14. in. Cod. Oxoniens. Ashmol. 1525. B.

191. De sancto Eleario.

In 1. Vesperis.

1. Iste confessor Domini sacratus,
Carnis repressor et mundani status,
Rite possessor factus est beatus
Regni coelorum.

2. Qui pius, prudens, humilis, pudicus
Verbo colludens sponsi fit amicus,
Recte concludens pergit inoblitus
Viam justorum.
3. Ad sacrum cujus tumulum frequenter
Plasmator suus adspicit elementer,
Meritibus hujus abigit potenter
Mala morborum.
4. Unde nunc chorus hujus in honorem
Cantu sonorus laudat creatorem,
Sponsus decorus det, ut per amorem
Loca piorum.
5. Laus Deo trino unique reddatur,
Situ supino tellus quo firmatur
Poloque bino coelum regyratur,
Deo deorum.

Brev. ms. S. Victoris Massiliensis anni 1497 (Privatbesitz) A. — Brev. Aptense imp. Lugduni 1532. B. — A schreibt Elciarius und Elziarius.

192. De sancto Eleario.

Ad Nocturnum.

- | | |
|--|--|
| 1. Jesu, corona omnium,
Perpes sanctorum gloria,
Dona per Elearium
Te frui nos in patria. | 3. Qui rite mundi gaudia
Hujus caduca respuens,
Sanctorum lustrat atria
In mente Deum contuens. |
| 2. Tui sacri qui nominis
Memor hora septemplici,
Laudes devoti carminis
Persolvit corde supplici. | 4. Hujus benigne annue
Juvari nos suffragiis
Donumque nobis influe
Sacris viri vestigiis. |
| 5. Sit, Christe, rex piissime,
Tibi, patri cum spiritu
Honor, decus, amplissime,
Mundi totius ambitu. | |

Brev. ms. S. Victoris Massiliensis. anni 1497 (Privatbesitz). A. — Brev. Aptense imp. Lugduni 1532. B. — 3, 4 continens B. — 5, 2 cum flamine B.

193. De sancto Eleario.

Ad Laudes.

- | | |
|--|--|
| 1. Jesu, corona celsior,
Sanctorum lux et praemium,
In coelis qui sublimior
Coronas Elearium. | 2. Da supplicanti coetui
Expiari criminibus,
Opus jungas affectui
In hujus sancti laudibus. |
|--|--|

Dreves, Hymni Inediti.

- | | |
|---|---|
| <p>3. Anni decurso tempore
Trigenique septennio
Exit mortali corpore
Junctus coeli collegio.</p> <p>4. Hic vana terrae gaudia
Luxumque carnis horruit,
Inter sponsae conjugia
Virgo purus emicuit.</p> <p>5. Te, Christe, rex piissime,
Hic contemplando jugiter
Sic transformatur intime
In te, quem sitit fortiter.</p> | <p>6. Virtutum actu continens
Jejuna membra detulit,
Hic coeli dapes obtinens,
Quas carnis cibo praetulit.</p> <p>7. Proinde te, piissime,
Precamur omnes supplices,
Alme, precibus annue,
In vita secum colloces.</p> <p>8. Gloria tibi, Domine,
Gloria unigenito,
Simplo qui regnas numine
Cum spiritu paraclito.</p> |
|---|---|

Brev. ms. S. Victoris Massiliensis anni 1497 (Privatbesitz) A. — Brev. Aptense imp. Lugduni 1532. B.

194. De sancto Eleario.

In 2. Vesperis.

- | | |
|---|---|
| <p>1. Jesu, corona virginum,
Elearius coluit
Sanctus, cum carnis cubitum
Cum sponsa motus horruit.</p> <p>2. Qui pascis inter lilia
Sancti sanctaeque conjugis,
Propinqua dum praesentia
Temptamenta plus abigis.</p> | <p>3. Quocumque pergis virgines
Te prosequuntur laudibus,
Quorumque membra continens
A spurcis luxus actibus.</p> <p>4. Te deprecamur largius,
Sic sensus mentis foedera,
Ut evitemus plenius
Corruptionis vulnera.</p> |
|---|---|
5. Laus, honor, virtus gloria
Patri, prolique flamini,
Quo carnis cum victoria
Puro jungamur agmini.

Brev. ms. S. Victoris Massiliens. anni 1497 (Privatbesitz). — 2, 4 abigit Hs. — 3, 2 Horumque . . . continens Hs. — 3, 4 spursis. Hs. — 4, 3 Ut fehlt Hs.

195. De sancto Eleutherio.

Ad Vesperas.

- | | |
|--|---|
| <p>1. Renovantur solemnia
Pastoris Eleutherii,
Quibus praesens familia
Pangit affectum gaudii.</p> <p>2. Portum salutis reperit
Post Syrtes hujus saeculi,
Cum eum non terruerit
Tristis adspectus zabuli.</p> | <p>3. Per hunc fides renascitur
Effusione sanguinis,
Sic enim truncus moritur,
Ut vis erumpat germinis.</p> <p>4. Vox est audita coelitus,
Visa lucis serenitas,
Cum fertur ejus spiritus
Per rectas vitae semitas.</p> |
|--|---|

- | | |
|---|--|
| <p>5. Sol quondam tectus nebula
Claro refulsit lumine,
Dum post mortem miracula
Clarent in ejus nomine.</p> | <p>6. Dei trini et simplicis
Collaudemus magnalia,
Qui nos tanti pontificis
Prece ducat ad gaudia.</p> |
|---|--|

Brev. ms. Tornacense saec. 14. Cod. Tornacens. XXI. A. — Brev. ms. Tornacense saec. 15. Cod. Insulens. 10. B. — Brev. ms. Tornacense saec. 15. Cod. Valentianens. 98. C. — Brev. Tornacense imp. s. l. 1497. D.

196. De sancto Eleutherio.

Ad Laudes.

- | | |
|---|--|
| <p>1. Dies adspirat celebris
Cum pater sanctus libere
Fugit a mundi tenebris
Jam lucis orto sidere.</p> | <p>3. Pulsis procul molestiis
Et hostis fraude lividi
Modulatur in nuptiis
Ad coenam agni providi.</p> |
| <p>2. Victor triumphat inclitus,
Per ipsius suffragia
Confer, creator spiritus,
Beata nobis gaudia.</p> | <p>4. Tribus est vita mortuis.
Data per ejus meritum,
Siccine laudes adstruis,
Deus, tuorum militum?</p> |
5. Finito vitae spatio
Da libertatem transitus,
Unum patri cum filio,
Nunc sancte nobis spiritus.

Brev. ms. Tornacense saec. 14. Cod. Tornacens. XXI. A. — Brev. ms. Tornacense saec. 15. Cod. Insulens. 10. B. — Brev. ms. Tornacense saec. 15. Cod. Valentianens. 98. C. — Brev. Tornacense imp. s. l. 1497. D.

197. De sancto Eligio.

In 1. Vesperis.

- | | |
|--|--|
| <p>1. De fabri ministerio
Assumptus in pontificem,
Pastoris in officio
Renovavit aurificem.</p> | <p>4. Malleus verbi ratio,
Fornax zeli constantia
Follis est inspiratio,
Incus obedientia.</p> |
| <p>2. Verbo potens et opere,
Servire Christi nomini,
Novo vasorum genere
Exornat templum Domini.</p> | <p>5. Sic faber in pontificem,
In montem crevit atomus,
Lemovicae aurificem,
Patrem jactat Noviomus.</p> |
| <p>3. Manum misit ad malleum
Verbum exemplis adstruens,
Sic vas format idoneum,
Verbum vita non destruens.</p> | <p>6. Faber et fabri filius,
Fabrum creans Eligium,
Nobis adsit propitius
Per hujus fabri studium.</p> |

Brev. ms. Augustodunense saec. 15. Cod. Parisiens. 1056. A. — Brev. ms. Cenomannense saec. 15. Cod. Parisiens. 1302. B. — Brev. ms. Belnense saec. 15. Cod. Divionens. 112. C. — Psalt. et Hymn. ms. Lirens. saec. 14. in. Cod. Londinens. Add. 16975. add. saec. 15. D. — Brev. Gebennense imp. Gebennae 1479. E. — Brev. Belnense imp. s. l. et a. F. — Brev. Noviomense imp. Parisiis. 1515. G. — 2, 2 Christi servire G. — 5, 1 Hic faber A; Fit faber G.

198. De sancto Eligio.

Ad Nocturnum.

1. Hymnorum modulis cordeque consono
Laudari Dominum condecet omnium,
Nobis Eligium qui dedit inclitum,
 Illum pontificem pium.
2. Hic prudens laicus dogmata diruit,
Quae fudit rabies haeresiarchium,
Ejus cor sophia namque repleverat,
 Per quam terrea spreverat.
3. Fultus hoc fidei tramite coelitus
Plebis eligitur pastor Eligius,
Quam mire docuit dans opus arduum
 Sancto flamine praevio.
4. Illi simplicitas adfuit alitis,
Quae, quod felle caret, nescit ineptias,
Ac cautam speciem pinxerat anguium
 Puro corde reconditum.
5. Eligi, poscimus te, pater optime,
Pro nobis Domino funde preces pio,
Nos mandet scelerum sorde foetentium
 Donans foedere coelitum.
6. Te, summa deitas unaque, poscimus,
Ut culpas abluas, noxia subtrahas.
Des pacem famulis, nos quoque gloriam
 Per cuncta tibi saecula.

Brev. ms. Cenomannense saec. 15. Cod. Parisiens. 1302. A. — Brev. Noviomense imp. Parisiis 1515. B. — Brev. ms. Lingonense anni 1480. Cod. Lugdunens. 474. C. — Brev. ms. Lingonense saec. 15. Cod. Calmontanus 26 (Invent. Robert). D. — 1, 2 Laudare A; omnibus A. — 1, 3 inclitis A. — 1, 4 Illis A. — 2, 4 Per quem CD. — 3, 1 Multus haec CD. — 3, 2 Plebe deligitur A; Plebis diligitur CD. — 3, 3 Quem mire A; quem ire C. — 4, 1 adfuit habitus A, alitus C. — 4, 3 Ac tantum species A; ac cautum specimen B; Ancantum speciem C; antcautum speciem D. — 5, 1 Eligi te petimus C. — 5, 3 sorde frequentium AB. — 5, 4 sedera coelitus AB. — 6, 2—4 fehlen A. — 6, 4 tibi fehlt C.

199. De sancto Eligio.

Ad Laudes.

- | | |
|---|--|
| 1. Quis similis Eligio
In pietatis munere,
Cujus curat oratio
Morbos in omni genere. | 4. Dum attendit in homine
Conditoris imaginem,
Vitali medicamine
Utrumque sanat hominem. |
| 2. Sanandis animalibus
Medelam praestat simplicem,
Medicandis hominibus
Curam impendit duplicem. | 5. Miramur in Eligio
Pastorem, fabrum, medicum,
In triplici mysterio
Tria commendant unicum. |
| 3. Sanandis animalibus
Est corporalis medicus,
Medicandis spiritibus
Spiritualis practicus. | 6. Pastor pascit, aedificat
Faber, medetur medicus,
Trinitatem magnificat
In tribus praestans unicus. |
7. Faber et fabri filius etc.

Brev. ms. Augustodunense saec. 15. Cod. Parisiens. 1056. A. — Brev. ms. Cenomannense saec. 15. Cod. Parisiens. 1515. B. — Brev. Gebennense imp. Gebennae 1479, C. — Brev. Belnense s. l. et a. D. — Brev. ms. Belnense saec. 15. Cod. Divionens. 112. E. — 1, 4 omni tempore A. — 3, 4 Spiritualis medicus A; Spiritus paraclitus B. — 5, 1 Mirantur AB.

200. De sancto Eligio.

In 2. Vesperis.

- | | |
|--|---|
| 1. Pium patrem Eligium,
Electum Dei gratia,
Mundo reddunt eximium
Meritorum insignia. | 4. Opus naturae superat
Per artis pulchritudinem,
In utroque considerat
Speciem, modum, ordinem. |
| 2. Oriundus Lemovicis
Agens fabrile studium
Omnem vincit aurificis
Sculpturam et ingenium. | 5. Lemovicorum civitas
Tanto floret artifice,
Noviomorum dignitas
Tanti pastoris apice. |
| 3. Hic in arte mirifica
Fabrum contemplans omnium,
Rerum videt in fabrica
Trinitatis vestigium. | 6. Dum vas regi Lothario
Ex auri massa fabricat,
Aurum in fabri studio
Summus faber multiplicat. |

7. Faber et fabri filius etc.

Brev. ms. Augustodunense saec. 15. Cod. Parisiens. 1056. A. — Brev. ms. Belnense saec. 15. Cod. Divionens. 112. B. — Brev. Noviomense imp. Parisiis 1515. C. — Brev. Gebennense imp. Gebennae 1479. B. — Brev. Belnense imp. absque. E. — Psalt. et. Hymn. ms. Lirens. saec. 14. in. Cod. Londinens. Add. 16975. F. — 1, 1 Olim patrem Eligium AB. — 1, 4 Meritorum in curia A. — 2, 2 fabricae studium A. — 2, 3 Omne vincit AB. — 4, 3 In utrumque A. — 6, 1 Cum vas C.

201. De sancta Elisabeth.

- | | |
|--|--|
| <p>1. Insigne sidus claruit
Elisabeth, quae respuit
Mundi pompas pro Domino
Sacro fulta evangelio.</p> <p>2. Vitam elegit pauperem
Miro se reddens humilem,
Expendit large praedia
Dans egenis necessaria.</p> <p>3. Attrectabat obsequiis
Leprosos, quosque debiles,
Pupillis atque orphanis
Affectu matris deserviens.</p> | <p>4. Non cessabat intuitu
Contemplari pervigili
Sponsum haec in miseria,
Quem patris cernit in gloria.</p> <p>5. Ad tumbam testimonia
Sanctitatis indicia
Crebro per mundi climata
Christus revelavit plurima.</p> <p>6. Visum caeci recipiunt,
Claudi salvi exsiliunt,
Spiritus mersis mortuis
Revocatur ejus meritis.</p> |
|--|--|
7. Precamur, regis filia,
Ut per tua suffragia
Tecum post transitoria
Fruamur Christi praesentia.

Brev. Havelbergense imp. Lipsiae 1518. — Jede vierte Zeile hat eine Silbe mehr als die übrigen.

202. De sancto Eparchio.

Ad Vesp. et Noct.

- | | |
|---|--|
| <p>1. Pangat mater ecclesia
Eparchii praeconia,
In ejus laude resonant
Mens et lingua, ne dissonent.</p> <p>2. Cujus insedit pectori,
Ut non faveret corpori,
Sed ancillaret animae
Illud castigans apprime.</p> <p>3. Insignis iste genere
Tria tentavit sincere,
Mundum, serpentem veterem,
Carnem, sibi dans carcerem.</p> | <p>4. Caecis visum restituit,
Aegris salutem prae-buit,
Defunctis vitam reddidit,
Daemones fugans perdidit.</p> <p>5. Qui devote obsequitur
Eparchio, vix patitur
Repulsam, quin obtineat
Hoc, quod quaerit, et habeat.</p> <p>6. Honor patri, laus filio,
Flamini benedictio,
Trinitati sit gloria,
Cujus fruamur gratia.</p> |
|---|--|

Officia ms. Engolismensia saec. 16. Cod. Burdigalens. 81.

203. De sancto Eparchio.

Ad Laudes.

- | | |
|---|--|
| <p>1. Confessorum eximio
Laudes demus Eparchio,
Qui nos sanctis in aethere
Felici jungat foedere.</p> | <p>2. Qui furi vitam reddidit,
Qui diu furcae pendidit,
Mortis fugans dispendium,
Salutis praebens praemium.</p> |
|---|--|

- | | |
|---|---|
| <p>3. Qui abstulit huic praedium,
Vi tandem tactus februm
Nunquam sanari potuit,
Donec illud restituit.</p> <p>4. Angelus ei praestitit
Cibum, dum cella perstitit,
Nec ullo usus alio
Est ibidem edulio.</p> | <p>5. Qui portum naufragantibus
Dedit ad se clamantibus,
Nobis salutem praebeat
Et ad superna provehat.</p> <p>6. Sit laus sancto spiritui,
Virtute cujus indui
Poscimus, nobis filius
Sit cum patre propitius.</p> |
|---|---|

Officia ms. Engolismensia saec. 16. Cod. Burdigalens. 81. 2, 3 fugiens Hs.

204. De sancto Erconwaldo.

- | | |
|---|---|
| <p>1. Festiva dies annua
Nobis refert solemnia,
Qua Erconwaldus coelicam
Est translatus ad patriam.</p> <p>2. Qui primum abbas nobilis
Vitae fulsit in meritis
Deique nutu deinceps
Lundoniae fit pontifex.</p> | <p>3. Hic vitam duxit coelibem,
Per quam est nactus requiem,
Ad animae proficuum
Cursus finivit temporum.</p> <p>4. Cujus nos prece Dominus
Donis ditet coelestibus,
Conferat et-perpetuam
Cum patrono laetitiam.</p> |
|---|---|

5. Gloria tibi, Domine, etc.

Hymn. ms. Berchingens. saec. 15. Cod. Collegii ss. Trinitatis Cantabrigiens. O III. 54.

205. De sancto Ethelberto.

1. Sanctorum meritis jungat praeconia
Regis et martyris praesens ecclesia,
Qui Christo studuit a pueritia
Placere super omnia.
2. Tu stirpis regiae germen eximium,
Tu pudicitiae non marcens lilium,
Tu terra proferens fructum centesimum,
Tu vernans rosa martyrum.
3. O digna laudibus tui memoria,
Qui coeli civibus pares in gloria,
Cumserta singulis sint data singula,
Tu digne fers duplicia.
4. Tu cum virginibus agnum insequeris,
Tu cum martyribus gloria frueris,
Tu innocentibus innocens jungeris,
Cunctorum fretus gaudiis.
5. Sit laus et gloria patri cum filio,
Sancto spiritui sit jubilatio,
Pax et imperium sit tribus in uno,
Qui regnat sine termino.

Brev. Herefordense imp. Rotomagi 1505.

206. De sancta Ethelburga.

Ad Vesperas.

- | | |
|---|---|
| <p>1. Adsis nobis matris amore,
Adsis, Ethelburga, favore,
Tu nos in Christo genuisti,
Tu lactasti, tu solidasti.</p> <p>2. Nos custos jugi pietate
De coelesti sede tuere,
Et nobiscum prompta manere
Tecum fac et nos habitare.</p> <p>3. Assuevisti munere divo
Hoc septum splendore superno
Et suavi gratanter odore
Nutu dulci mirificare.</p> | <p>4. Huic et pronam porrigis auram
Et multam das larga salutem,
Diversos morbos maculasque
Hic Jesus curat, pia, per te.</p> <p>5. Congaudent tua lumina bina
Hildelit Wilfridque beata,
Nobis tres caecae sua quaeque
Sanantur trina bonitate.</p> <p>6. Hinc trinum laudemus et unum
Patrem, natum, pneumaque
sanctum,
Nos solvet vestra prece trina,
Qui regnat per saecula cuncta.</p> |
|---|---|

Hymn. ms. Berchingens. saec. 15. Cod. Collegii ss. Trinitatis Cantabrigens. O III 54.

207. De sancta Ethelburga.

Ad Nocturnum.

- | | |
|---|--|
| <p>1. Lucent Ethelburga mira
Sublimiter miracula,
Quae trudit hostes efferos
Et sanat aegros anxios.</p> <p>2. Ursus, leo, lupus sacra
Sua servant per te limina
Arcentque longe noxios,
Quos mox receptant credulos.</p> | <p>3. Ferina sic ferocitas
Hominum domatur per feras,
Et qui rapaces venerant,
Opima dona victimant.</p> <p>4. Orare sueta debilis
Ad corpus almae virginis,
Hinc dum foras excluditur,
Foris saluti redditur.</p> |
|---|--|
5. Deo patri sit gloria etc.

Hymn. ms. Berchingens. saec. 15. Cod. Collegii ss. Trinitatis Cantabrigens. O III 54. — 1, 3 effores Hs. — 2, 3 lumina Hs.

208. De sancta Ethelburga.

Ad Laudes.

- | | |
|---|--|
| <p>1. Haec aula Christo concinat,
Quo lux Ethelburga micat,
Sol verus hanc illuminat
Gratamque signis comprobat.</p> <p>2. Hostes payore luminis
Pelluntur aede virginis
Et mente capti lubricant,
Ne busta sancta proterant.</p> | <p>3. Ecclesiae furem suae
Jactat marino turbine,
Tranquillitas mox redditur,
Dum virgo votis poscitur.</p> <p>4. Ferratus hinc abscesserat,
Qua caritas matris vocat,
Cadunt regresso vincula
Per caritatem diruta.</p> |
|---|--|
5. Deo patri sit gloria etc.

Hymn. ms. Berchingens. saec. 15. Cod. Collegii ss. Trinitatis Cantabrigens. O III 54.

209. De sancta Ethelreda.

Ad Vesperas.

1. Quam jucunda dies fulget in orbe,
Laetetur pia plebs conjubiletque
Festum concelebrans virginis almae
Prolis sceptrigeri praecluis Annae.
2. Haec ignita poli regis amore
Terrenos thalamos tempsit amare,
Carnis comminuit spicula mire,
Coelesti clipeo tecta per omne.
3. Aeternis inhians nocte dieque
Mundi postposuit florida quaeque,
Nunc ergo supera regnat in arce,
Felix virgineae juncta choreae.
4. Ethelreda tuos virgo tuere,
Noxarum, petimus, vincula rumpe,
Virtutum studiis pectora subde,
Da, simus nitidi corpore, mente.
5. Sit laus ingenito luxque decusque,
Nato doxa, salus imperiumque,
Virtus spiritui, splendor honorque,
Nobis, une deus, auxiliare.

Brev. ms. Eliense saec. 13. Cod. Cantabrigens. Ii IV 20. A. — Brev.
ms. Eliense (?) saec. 13. Cod. Parisiens. 12036. B. — 1, 4 procluis B. —
2, 3 comminute B.

210. De sancta Ethelreda.

Ad Nocturnum.

- | | |
|---|---|
| 1. Audi, Jesu rex, cantica,
Quae plebs canit hymnidica,
Festa colens praedulcia
Ethelredae pro gloria. | 3. Regni linquens fastigia
Coenobii fit incola,
Auro texta purpurea
Calcavit tamquam stercora. |
| 2. Quae tua ingens gratia
Carnis vicit incendia,
Maritali sub copula
Virgo manens in saecula. | 4. Trinitati sit gloria,
Laus, virtus et potentia,
Regi regum, qui omnia
Nutu regit imperia. |

Brev. ms. Eliense saec. 13. Cod. Cantabrigens. Ii IV 20. A. — Brev.
ms. Eliense (?) saec. 13. Cod. Parisiens. 12036. B. — 3, 1 fastidia B.

211. De sancta Ethelreda.

Ad Laudes.

- | | |
|--|---|
| 1. Noctis decurso nubilo
Mundum lustrat sol radio,
Psallat chorus in jubilo
In reginae tripudio. | 3. Cujus corpus in tumulo
Pausat velut in thalamo,
Prorsus abest corruptio
Castitatis indicio. |
| 2. Quae trito luxu carneo
Sponso nupsit virgineo,
Cum quo gaudens perpetuo
Coeli regnat in solio. | 4. Sit patri laus ingenito,
Sit pax et honor genito,
Sit gloria paraclito,
Uni Deo et Domino. |

Brev. ms. Eliense saec. 13. Cod. Cantabrigens. Ii. IV. 20.

212. De sancto Eugendo.

Ad Matutinum.

1. Emicat almifici famuli
Coelitus alma dies Domini,
Eugendi cluit altus honor,
Perpetuo renitens bravo.
2. Hunc puerum Deus aptificat
Ordinis angelici gregibus,
Membra sopor tenet et trahitur
Mens bona, quo videat Dominum.
3. Coelica cum patribus geminis
Agmina cernit in horomate,
Vestibulo rapitur proprio,
Vivat ut altithrono Domino.
4. Hinc orientis ab axe patet
Semita cum gradibus rutilis,
Cum jubilant superi socii
De egregio Domini famulo.
5. Sic nova progenies meritis
Claruit eximiis patulo
Militiaeque tuae, bone rex,
Pars nitet haud nimis exigua.
6. Gloria cum patre sit genito,
Spirituque proinde sacro,
Qui Deus unus et omnipotens
Hunc memorum faciat memorem.

Brev. ms. S. Claudi saec. 11. ex. Cod. Bisuntin. 136. — 5, 4 aut nimis
Hs. — 6, 1 sqq. Doxologie nur angefangen. Mel. offenbar: Martyris ecce
dies Agathae.

213. De sancto Eugendo.

Ad Laudes.

1. O generatio recta satis,
Spiritus ut loquitur Domini,
O benedictæ pater geniti,
Munera qui capis ampla Dei.
2. Respuit ut Babel ac tenebras
Pusio curriculis teneris,
Lilia cum violis tenuit
Præposuitque Deum vitis.
3. Optat amare Deum monachus,
Cum monachis sua claustra tenens,
Ut sequipes Domini cruciger
Splendida signa ferens populis.
4. Fretus amore Dei valuit
Pellere moestificos fremitus,
Spargere præsidium miseris
Monstraque frangere daemonica.
5. Nota Dei bonitate fruens
Fulsit apostolico solio,
Discipulumque globum meruit
Dogmate pascere clarifico.
6. Ergo tuis, pater, esto favens,
Cui voluere poli procures
Se comites dare conspicuos,
Affer opem propriis ovibus.
7. Sospitet ecclesiam Domini
Excubiasque tui tua prex,
Dilue crimina dira satis
Conciliaque Deo monachos.
8. Gloria cum patre sit genito
Spirituque proinde sacro,
Qui deus unus et omnipotens
Hunc memorum faciat memorem.

Brev. ms. S. Claudii saec. 11. ex. Cod. Bisuntin. 136.

214. De sancta Eufemia.

- | | |
|-------------------------|--------------------------|
| 1. Eufemia vere bona | 2. Bonum omne percepisti |
| Tu vocaris femina, | Ex amore comparis, |
| Per divina capax dona | Bonum omne possedisti |
| Dans viriutum semina, | Vi superni jubaris, |
| Cincta castitatis zona, | Bonum omne collegisti |
| Caritate gemina. | Fonte sacri nectaris. |

3. Tibi bonum imprecamur
Omne, virgo regia,
Fac, ut bonum assequamur,
Post hanc vitam, eia,
Dei vultu perfruamur
Carentes elegia.

4. Quia bona, posce bonum,
Hic qui stamus pavide,
Veri Salomonis thronum
Ut petamus avide,
Dent hoc tua festa donum
His, qui jacent gravide.

Brev. ms. Lubicense (ol. 62) saec. 15.

5. Gaude, virgo gloriosa,
Gaudia feliciter
Coeli prudens et formosa
Meruisti largiter,
Nostra pectora petrosa
Frange rore suaviter.

6. Trinitati conregnanti
Laus sit et imperium,
Quae dat vires triumphanti,
Menti refrigerium,
Plebi suae sit adstanti
Bonum desiderium.

215. De sancta Eulalia.

In 1. Vesperis.

1. Tripudium Eulaliae
Emeritensis hodie
Elnensis psallat concio
Ejus fulta praesidio.

2. Quae tormenta carnificum
Diraque jussa principum
Sprevit freta munimine,
Qui dat augmentum gratiae.

3. In annis namque teneris
Dictis obvians praesidis
Protecta sancto flamine
Tuta fit in certamine.

4. Corpus chalci immergitur,
Cujus vis mox refellitur,
Suspensa in equuleo
Nive albatur roseo.

5. Acerbitas jam chalcea,
Mira cogit flagrantia
Adstantes nunc persolvere
Deo laudes cum munere.

6. Gloria sit altissimo
Ejusque nato inclito,
Qui martyrem in solio
Collocavit aethereo.

Brev. ms. Elnense saec. 13/14. (Privatbesitz) A. — Brev. Elnense imp. Perpiniani 1500. B. — 3, 3 sq. und 4, 3 sq. vertauscht B. — 4, 1 Chalci corpus B. — 6, 3 martyrem insolito B.

216. De sancta Eulalia.

Ad Nocturnum.

1. Jucunda vox fidelium
Ingens depromat meritum
Hujus sacratae virginis
Triumphantis cum angelis.

2. Puellare nunc proelium,
Pangamus atque praemium,
Nam in aetate tenera
Hostis vicit molimina.

3. Imbuta sancto pneumate
Fraudes elidit Satanae,
Audacter fatur praesidem,
Se fore Christi cultricem.

4. Nudata quoque corpore
Constantior fit in mente
Praecincta Dei balteo
Reddit laudes altissimo.

5. *Annuat nostris sensibus,
Sustinere certamina,
Quae jam victrix in aethera
Cuncta regnat per saecula.*

Brev. ms. Elnense saec. 13/14. A. — Brev. Elnense imp. Perpiniani 1500 B. — 4, 3 Munda praecincta balteo B.

217. De sancta Eulalia.

Ad Laudes.

- | | |
|--|--|
| <p>1. <i>Virginis nunc Eulaliae
Laudes promamus hodie
Concrepantes in jubilo
Claras voces cum cantico.</i></p> <p>2. <i>Recensentes victoriam
Martyrii et gloriam,
Qua triumphat cum angelis
Residensque in superis.</i></p> | <p>3. <i>Senum superat rabiem
Imbecillis infantia,
Fraudemque prostrat hostium
Coelesti sapientia.</i></p> <p>4. <i>Laus honor, virtus, gloria
Deo patri et filio,
Sancto simul paraclito
In sempiterna saecula.</i></p> |
|--|--|

Brev. ms. Elnense saec. 13/14. A. — Brev. Elnense imp. Perpiniani 1500 B. — 3, 3 Fraudesque B; prostat B.

218. De sancta Eusebia.

- | | |
|---|--|
| <p>1. <i>Christe, redemptor omnium,
Infirma nostri corporis
Mudentur et peccamina
Tua pia clementia.</i></p> <p>2. <i>Quo tibi laudes debitas
Reddamus piae virginis,
Devota nunc Eusebiae
Venerantes solemnita.</i></p> <p>3. <i>Quae tuo dira vulnera
Amore flagrans pertulit
Paterno et imperio
Fratris semper recentia.</i></p> | <p>4. <i>Cujus precibus inclitis
Adsis benignus miseris,
Corruptionis vulnera
Nescire prorsus omnia.</i></p> <p>5. <i>Ut contemnentes gaudia
Mundana, semper perfrui
Possimus hic et perpetim
Vultus tui praesentia.</i></p> <p>6. <i>O pia virgo, aggrega
Cum sanctis tuos omnibus
In patris Dei dextera,
Quo te sedere credimus.</i></p> |
|---|--|

7. Sit, Christe rex etc.

Psalt. ms. Marchianense saec. 9. Cod. Duacens. 170. add. saec 10. Die durch liegenden Druck bezeichneten Stellen fehlen in Folge von Beschädigung der Handschr. und sind durch Konjektur ergänzt — 6, 2 tuis.

219. De sancta Eusebia.

- | | |
|--|---|
| <p>1. <i>Audi, benigne conditor
Mundique factor omnium,
Festa colentes virginis
Redde beatæ vigiles,</i></p> | <p>2. <i>Eusebiae, mentibus
Quo tibi laudes debitas
Vocis canamus Domino
Universorum strenui.</i></p> |
|--|---|

- | | |
|--|--|
| <p>3. Haec tua virgo jugiter
Dira flagella pertulit
Vitae perennis gratia
Nunc regnans in coelestibus.</p> | <p>4. Cujus obtentu gloriae
Tuis hic pie famulis
Dimitte noxam criminis
Vitam beatam tribuens.</p> |
|--|--|
5. Laus et perennis gloria.

Psalt. ms. Marchianense saec. 9. Cod. Duacens. 170. add. saec. 10.

220. De sancto Evodio.

Ad Vesperas.

- | | |
|---|--|
| <p>1. Summe confessor inclite,
Antistes devotissime,
Cum ceteris sodalibus
Adesto nostris precibus.</p> <p>2. Praesul Evodi nomine
Scrutarioque comite
Cum ceterorum agmine
Veniam lapsis tribue.</p> <p>3. O felix gemma praesulum,
Actus honor pontificum
Amicusque fidelium,
Exaudi preces supplicum</p> <p>4. Hic decorator patriae
Spectabilisque genere
Vallanorum ecclesiam
Miro fundavit opere.</p> <p>5. Nunc fulget in coelestibus
Cum supernorum civibus
Ornatus diademate
Ex pretioso lapide.</p> | <p>6. Chorus laetatur martyrur,
Quem de cruore roseo
Confessione personat
Albescens quasi lilium.</p> <p>7. Hos protectores saeculi
Fecit virtus altissimi,
Ut precibus obtineant,
Quaecunque velint fieri.</p> <p>8. Hinc psallat omnis populus,
Summis resultet viribus,
Uterque sexus hominum
Praestet illis obsequium.</p> <p>9. O gloriosi praesules,
Adstantis cleri memores,
Subvenite piissimi
Ante conspectum Domini.</p> <p>10. Gloria sit ingenito
Ejusque unigenito
Cum spiritu paraclito
In sempiterna saecula.</p> |
|---|--|

Brev. ms. Aniciense saec. 14. Cod. Capit. Aniciens. s. n. A. — Brev. ms. Aniciense saec. 15. Cod. Parisiens. 1304. B. — Brev. ms. Aniciense saec. 15. Cod. Parisiens. (Arsen.) 277. C. — 3, 2 Artus honor C. — 3, 3 Cum ambitu fidelium AC. — 5, 1 Hic fulget A. — 7, 1 Vos protectores B; Hinc protectores A. — 7, 2 Cessit virtus B. — 9, 1 O fehlt ABC. — 10, 1 Gloria patri ingenito AC; Gloria patri sit ingenito B.

221. De sancto Evodio.

Ad Laudes.

1. Christe cunctorum dominator alme,
Dulciter hymnum benignus assume
Sancti Evodii nec non Scrutarii
Ac ceterorum.

2. Quos in amore electos a mundo
Aurea namque descripsit arundo
Dei dictante dextera clementi
Ac bonitate.
3. Hic praesulatus ascendens honore
Grege laetabundus claruit in orbe,
Confessionis felicitis excessu
Vivere linquens.
4. Hinc coeli cives penitus effecti,
Laetos heroas aethera mirantur,
Quos indefessus rutilus fulgoris
Splendor illustrat.
5. Unde sanctorum modulantes cleri
Praesulis hujus meritis immensi
Ac ceterorum celebri triumpho
Canite laudes.
6. Ut in extremo agamur excelsi
Flaminis instar coelitus emissi
Nos sine fine lux alma circumdet
Vitae perennis.
7. Laus, honor, virtus, gloria, potestas,
Sit patri summo pariterque nato
Paracritoque sancto spiritui
Nunc et in aevum.

Brev. ms. Aniciense saec. 14. Cod. Capit. Aniciens. s. n. A. — Brev. ms. Aniciense saec. 15. Cod. Parisiens. 1304. B. — Brev. ms. Aniciense saec. 15. Cod. Parisiens. (Arsen.) 277. C. — 1, 1 Christe tuorum B. — 1, 2 Dulcior hymnum A. — 2, 1 Quos in albore C; a fehlt C; electos eundo A. — 2, 3 Dei dedicavit B. — 3, 1 conscendens A, contendens B. — 3, 4 Munere linquens B. — 4, 2 Laetos ereos C. — 4, 3 Que indefectus C; rutilus B. — 5, 1 Inde AB. — 6, 1 Et in A; agamus A, agimus B, agminis C; excelso B. — 7, 2 Fluminis instar AC. — 8, 2 summo paracritoque nato A. — 8, 3 Pariterque sancto A. — 8, 4 in aeternum B.

222. De sancta Fide.

- | | |
|--|--|
| <p>1. Hymnum novum decantemus
generosae virginis,
Hymnum novum ac praeclarum
gloriosae martyris,
Hymnum faustum sacrae Fidis
virginis et martyris.</p> | <p>3. Plaudat polus, plaudat tellus
hoc fecunda germine,
Plaudat chorus monachorum
tanta laetus martyre
Et chorea puellarum
hac resplendens lampade.</p> |
| <p>2. Hymnum Christo decantemus
et regi piissimo,
Qui decorem sibi Fidis
amore perpetuo
Concupivit et aeterno
sociavit thalamo.</p> | <p>4. Urbs Agennum primo felix
tali flore floruit,
Post infelix ob neglectum
graviter ingemuit,
Cum orbata sua gemma
lusca mox erubuit.</p> |

5. Istum florem Daciani
rabies desecuit,
Sed in hortis reparatus
paradisi floridis
Vincit omnem virgultorum
decus semper viridis.

6. In odore unguentorum
hujus vir Caprasius
Animatus recurrit
ad sacrum martyrium,
Ut tenellae vir puellae
angeretur viribus.

7. In odore unguentorum
hujus sacrae virginis
Jam curramus et virtutum
constipati flosculis
Ante thorum hujus demus
dulce carmen dramatis.

8. Salve sancta, salve pulchra,
post Mariam inclitam
Quam habemus singularem
feminarum gloriam,
Signis cunctis praepollentem
summi patris gratia.

9. Sit laus, decus, honor, virtus
patri, proli, flmini,
Qui dignatus famulatum
sanctae Fidis virginis
Sponsam sibi sublimavit
in coeli palatiis.

Trop. ms. S. Martialis Lemovicens. saec. 10. Cod. Parisiens. 1240 add. saec. 11. A. — Brev. ms. Eliense saec. 13. Cod. Cantabrigens. II IV 20. B. — Brev. ms. S. Audoeni Rotomagens. saec. 13. Cod. Rotomagens. 192. C. — Brev. ms. S. Aldegundis Malbodiens. saec. 14. Cod. Cameracens. 129. D. — Brev. S. Audoeni Rotomagens. imp. Rotomagi 1521. E. — 1, 2 virgini A. — 1, 3 hymnum dulcem ac B. — 1, 5 sq. Hymnum laeti concinamus virgini dignissimae B: diese Handschrift giebt nämlich das Lied (Str. 1. 2. 3. 8. 9.) als de s. Ethelreda. — 4, 1 Aginnis E: Aginnum D. — Str. 6 und 7 umgestellt D. — 7, 3 curremus A. — 8, 2 inclita B. — 8, 6 gratiam A. — Str. 9 lautet in B:

Sit laus summo patri, decus patris proli, flmini,
Qui dignatus famulatum sanctae suae virginis
Sponsam sibi sublimavit in coeli palatiis.

223. De sancta Fide.

1. Te, Christe, sponse virginum,
Laudamus odis pneumatum
Sanctam canentes martyrem
Inter choreas coelitum.

2. Haec nempe virgo inclita
Prima in virtutis via
Tua sequens vestigia
Ad certa venit gaudia.

3. Quieta nempe, provida,
Piaque casta, sobria
Omni dabat prudentia
Exempla cunctis maxima.

4. Virtutis in quo culmine
Erecta sic altissime,
Servans fidem cum nomine
Consurgit in certamine.

5. Corpusque tradit ignibus
Fervens amore spiritus
Cunctisque poenarum modis
Munita vexillo crucis.

6. Pugnante virgine sacra
Ales venit mitissima
Ejusque gemmis inclita
Caput perornat laurea.

- | | |
|--|--|
| <p>7. Cyclade vero nivea
Apparuit circumdata,
Talique Fides gloria
Finita est sanctissima.</p> | <p>8. Hujus, Jesu, prece pia
Adimple nostra gaudia,
Qui de paterna dextera
Sanctis praebes juvamina.</p> |
| <p>9. Exhinc tibi laus unico
Patrique perpetim Deo,
Cum spiritu parachito
Nostro sonent ab organo.</p> | |

Trop. ms. S. Martialis Lemovicen. saec. 10. Cod. Parisiens. 1240. add. saec. 11. A. — Brev. ms. Bethuniense saec. 16. Cod. Atrebatens. 884. B. — 1, 1 sponsum B. — 2, 2 virtutis in via B. — 4, 1 inquam culmine. B.

224. De sancto Florentio.

Ad Vesperas.

- | | |
|---|--|
| <p>1. Amator ardentissime,
Florenti, Christi gloriae,
Hic tibi fuit vivere
Lucrumque mori corpore.</p> | <p>4. Non tibi dat brevissimi
Palnam Deus martyrii,
At a Martino Turonis
Sacerdos ordinaberis.</p> |
| <p>2. Eo ducem Pannoniae,
Peremptorem ecclesiae,
Adisti gratis avidus
Esse cum illo citius.</p> | <p>5. Patravit sic episcopus,
Nam se sic jussit angelus,
Et confessor largissimum
Post nactus est martyrium.</p> |
| <p>3. Sed tormentorum plurima
Jam passo cum laetitia
Jesus transmisit angelum
Talem ferentem nuntium:</p> | <p>6. Precamur ergo supplices
Servi, quibus non indiges,
Ut prece nobis impetres
Salvatis esse compares.</p> |
| <p>7. Deo deorum gloria,
A quo petenda omnia,
Qui suos hic bonificat
Et in coelis salvificat.</p> | |

Brev. ms. Sancti Florentii saec. 15. Cod. Salmuriens. 245. A. — Brev. Sancti Florentii imp. s. l. anno 1526. B. — Brev. ms. S. Florentii saec. 15. Cod. Rotomagens. 215. C. — Brev. ms. S. Florentii saec. 15. Cod. Bruxellens. 5155. D. — 3, 4 Tale AB. — 4, 3 a fehlt B.

225. De sancto Florentio.

Ad Matutinum.

- | | |
|---|---|
| <p>1. Canat chorus fidelium
Devotione cordium
Patri supremo gloriam,
Qui dat indignis gratiam.</p> | <p>3. Hic peregrinus terreo
Sub corporis hospitio
Salutis opem coelitus
Ferebat indigentibus</p> |
| <p>2. De qua beati credimus,
Licet non promerentibus,
Adesse nobis prosperam
Florentii praesentiam.</p> | <p>4. Nunc jam potitus requie
Civis perennis patriae
Imploret efficacius
Nobis benignis precibus,</p> |

5. Ut per virtutum studia
Hic debellantes vitia
Vita cum illo perfrui,
Possimus digni fieri.

6. Summo patri cum filio
Et spiritu paraclito
Sit laus et jugis gloria
Per saeculorum saecula.

Brev. ms. S. Florentii saec. 15. Cod. Salmuriens. 245. A. — Brev. Sancti Florentii imp. s. l. 1526. B. — Brev. ms. S. Florentii saec. 15. Cod. Rotomagens. 215. C. — Brev. ms. S. Florentii saec. 15. Cod. Bruxellens. 5155. D. — 6, 2 Et cum pio paraclito D.

226. De sancto Florentio.

Ad Laudes.

1. Humana lingua coelici
Laudes canat Florentii
Splendentis in martyribus
Junctique confessoribus.

3. At cum necandum ducitur,
Vinculis ab alto solvitur
Et monitus per angelum
Ad clima venit Gallicum.

2. Christi bibit nam calicem
Agressus ultro judicem,
Qui bis eum tignis dolat
Et scapulas serris secat.

4. Claris fulsit miraculis
Sacrique verbi radiis,
Quo lux datur cum filio
Caecae amne merso triduo.

5. Altissimo sit gloria
Agatur atque gratia,
Ipso frui quo nos pii
Preces juvent Florentii.

Brev. ms. Sancti Florentii saec. 15. Cod. Salmuriens. 245. A. — Brev. Sancti Florentii imp. s. l. 1526. B. — Brev. ms. S. Florentii saec. 15. Cod. Rotomagens. 215. C. — 2, 3 bis enim linguis B. — 3, 2 Vinculis B; ab alio A. — 4, 1 Clarus fit hinc miraculis B. — 4, 2 Sacrisque verbi B. — 4, 4 Caecae Annae B.

227. De sancto Florentio.

1. Christe, Dei victoria,
Noster honor et gloria
Anastasis signaculum
Esto reis pinculum.

3. Qualem triumphum perfida
In te stupet corruptio,
Longus dies tamen saeculi
Aufert tuo nil corpori.

2. Praesul sacer Florentius,
Vita fuisti floridus,
Vivam revicturis fidem
Et spem preceris post necem.

4. Lex est tibi placabilis,
Quam fert homo damnabilis,
Notam trahens ex pulvere,
Poenam luens ex crimine.

5. Ergo Dei clementiam
Nobis roga, det veniam,
Jungamur ut Christo Dei,
Summo bono nostrae spei.

Brev. Magdeburgense imp. Norimbergae 1491. — 3, 3 saeculi.

228. In festo stigmatum s. Francisci.

Ad Vesperas.

- | | |
|---|--|
| 1. Proles, patris praeconia
Extolle cantu mystico,
Crucis profert insignia
Laudis exsultans cantico. | 5. Cruci configens studio
Carnis et mundi opera,
Transfixa crucis gladio
Franciscus portat viscera. |
| 2. Dux in nostra militia
Crucis vexillum sumere,
Christi sequens vestigia,
Divino ferens munere. | 6. Crux luce fulget coelitus
Ex ejus ore prodiens,
Cujus virtute territus
Draco fugatur saeviens. |
| 3. Crucifixum conspiciens
Christo cruce configitur,
Corde passo compatiens
Sic mundo crucifigitur. | 7. Dum crucis Christi gloriam
Sacer docet Antonius,
Cruce tensus praesentiam
Hic sui praebet clarius. |
| 4. Trinae vocis mysterio
Dum crux Francisco imperat,
Parens ejus imperio
Hic trinam domum reparat. | 8. Seraph in cruce posito
In volis, plantis, latere
Impresso Dei digito
Consignatur caractere. |
| 9. Laus patri, nato, flameni
Sit per Francisci stigmata,
Qui huic donet agmini
Sua grata charismata. | |

Brev. ms. Francisc. saec. 15. Cod. Parisien. 1046. — Brev. ms. Minorum de Brageriaco saec. 15. Cod. Burdigalens. 88. B. — 2, 1 Lux in A. — 4, 4 Hoc firma A.

229. In festo stigmatum s. Francisci.

Ad Nocturnum.

- | | |
|--|---|
| 1. In coelesti collegio
Franciscus fulget gloria
Insigni privilegio
Christi portans insignia. | 4. Hic martyr desiderio
Crucem post Jesum bajulat,
Quem martyrum consortio
Christus in coelis copulat. |
| 2. Hic cancellatis manibus
Ut patriarcha pauperum
Dum benedicit fratribus,
Tendit ad regem superum. | 5. Crucem per abstinenciam
Franciscus ferens jugiter
Jam confessorum gloriam
Adeptus est feliciter. |
| 3. Hic coetus apostolici
Est factus consors pauperis
Crucem in se dominici
Signum reportans foederis. | 6. Candens decore niveo
Passum hic sequens Dominum
Nunc castitatis praemio
Gaudet in choro virginum. |

- | | |
|---|---|
| <p>7. Franciscus, vir Seraphicus,
Signum portat dominicum,
Quem suscipit angelicus
Chorus ad regnum coelicum.</p> | <p>8. Pater, natus cum flamine
Nos per Francisci vulnera
Lustret divino lumine
Aeterna donans munera.</p> |
|---|---|

Brev. ms. Franciscan. Hispan. saec. 15. Cod. Parisiens. 1046. A. —
Brev. ms. Minorum de Brageriaco saec. 15. Cod. Burdigalens. 88. B. — In
1. Vesp.: Mons Alvernus, in 2. Vesp.: Christi arma fulgentia. B.

230. In festo stigmatum s. Francisci.

Ad 1. Vesperas.

- | | |
|---|--|
| <p>1. Franciscus amat unice
Jesum, qui crucifigitur,
Mente devota supplice
Crucifixo configitur.</p> <p>2. Franciscum amor ebriat
Jesu pro nobis mortui,
Franciscum mire sauciat
Vis amoris praecipui.</p> <p>3. Franciscus Jesu munio
Amore dum afficitur,
Fit ejus transformatio
In Jesum, qui diligitur.</p> | <p>4. Franciscum amor iniit
Amato singulariter,
Mentalis amor prodiit
In carnem quinquiformiter.</p> <p>5. Franciscus in congerie
Flammarum quarto cernitur,
Qui similis in specie
Dei nato describitur.</p> <p>6. Francisce, sua vulnera
Jesu digneris pandere,
Nos patria quo prospera
Concedat semper vivere.</p> |
|---|--|

Brev. ms. Francisc. Hispan. saec. 15/16. Cod. Parisien. 1064. — 6, 3
patriamque Hs.

231. In festo stigmatum s. Francisci.

Ad Nocturnum.

- | | |
|---|---|
| <p>1. Franciscus mundi prospera
Umbram fore conspiciens,
Cum Jesu firmat foedera,
Ad Jesum lucem sitiens.</p> <p>2. Francisci de stigmatibus
Gregorius dum mussitat,
Nocturnis in soporibus
Franciscus illum visitat.</p> | <p>3. Franciscus caesus duriter
Sero per viros scelerum,
Mox sanat mirabiliter
Suorum tactu vulnerum.</p> <p>4. Francisci bina tabula
Christi descripta passio
Ipsam reddit per saecula
Omni dignum obsequio.</p> |
|---|---|

5. Francisce, sua vulnera etc.

Brev. ms. Francisc. Hispan. saec. 15/16. Cod. Parisien. 1064.

232. In festum stigmatum s. Francisci.

Ad Laudes.

- | | |
|--|---|
| <p>1. Francisci in visceribus
Amor Jesu qui latuit,
Pulchris Jesu vulneribus
Mire foras emicuit.</p> | <p>2. Franciscus miles inclitus,
Dignus regis insigniis,
Vexillum dum exercitus
Meretur factis praevis.</p> |
|--|---|

- | | |
|--|--|
| <p>3. Franciscus solus similis
Deo in Dei filiis,
Coelo, terrae mirabilis,
Summis dignus praeconiis.</p> | <p>4. Francisci haec humilitas
Et caritas, qua fervuit,
Mundi contemptus, puritas
Et crucis planctus meruit.</p> |
|--|--|

5. Francisce, sua vulnera etc.

Brev. ms. Francisc. Hispan. saec. 15/16. Cod. Parisiens. 1064.

233. De sancto Frodeberto.

Ad Vesperas.

- | | |
|--|---|
| <p>1. Ad Christi regis gloriam
Celebremus solemniam,
Quis Frodebertus coelica
Transivit ad palatia.</p> <p>2. Recurrant ad memoriam
Gesta rerum mirifica,
Mundo quibus innotuit,
Quo vitae cultu claruit.</p> <p>3. Columbina simplicitas
Et serpentis prudentia
In ejus corde sobrium
Fecere domicilium.</p> <p>4. In puerili dextera
Redduntur matri lumina,
Nova reformat sanctitas,
Quod culpa vetus fregerat.</p> | <p>5. In meri redundantia
Nutritur alma caritas,
Quod largitur benignitas,
Summa refudit deitas.</p> <p>6. Sacris insertus precibus
Inediaque marcidus,
Imperabat daemonibus,
Immundos arcens spiritus.</p> <p>7. O vir tam magni meriti,
Funde preces cum servulis,
Qui in tuo obsequio
Dant sua vota Domino.</p> <p>8. Sit trinitati gloria,
Quae Deus est per saecula,
A quo procedunt omnia
Electorum miracula.</p> |
|--|---|

Brev. ms. Cellense saec. 14. Cod. Trecens. 109. A. — Brev. ms. Cellense saec. 14. Cod. Trecens. 1974. B.

234. De sancto Frodeberto.

Ad Matutinum.

- | | |
|---|--|
| <p>1. Hic vir sanctus, cujus diem
festivum recolimus,
Adhuc degens in terrenis
et in carne positus
Contemplaturis miscetur
secretis coelestibus.</p> <p>2. Quadam namque die sacra,
dum serit colloquia
Circumjectis, hora quidem
in diei tertia,
Hymnos audit, quos canebant
angelorum agmina.</p> | <p>3. Signo crucis expedito
effugantur daemones,
Demens facta pleno sensu
reformatur mulier,
Quidquid rogat majestatem,
implet efficaciter.</p> <p>4. Ave, magne Frodoberte,
pastor inclitissime,
Qui, quod verbis docuisti,
compegisti opere,
Nostras preces, laudes, vota
serenatus respice.</p> |
|---|--|

5. Nos, qui tibi famulamur,
dum sumus in corpore,
Impetra praesentis vitae
cursum sic dirigere,
Ut post frui mereamur
paradisi requie.

6. Sit laus patri, sit et proli
sanctoque spiritui,
Uni Deo, vivo, vero,
in nullo dissimili,
Summa virtus, honor, decus,
potestas imperii.

Brev. ms. Cellense saec. 14. Cod. Trecens. 109. A. — Brev. ms. Trecense saec. 14. Cod. Trecens. 1974. B. — 1, 4 Contemplaturae A. — 2, 3 Circum-
jectus A. — 3, 5 regat A.

235. De sancto Frodeberto.

Ad Laudes.

1. Frodeberte, monastici
Maxime cultor ordinis,
Fer opem suspirantibus
Ad te voce cum gemitu.
2. Adquire reis gratiam,
Locum, statum et gloriam,
Quae primus homo perdidit
Et culpa nobis abstulit.
3. Sicut curasti languidum,
Quem stravit matricidium,
Sic transeat gregem tuum
Omne, quod censes noxium.

4. In tuis sacris ossibus
Aurum scatet pro vermibus,
Docens mundi contagiis,
Qua puritate vixeris.
5. Ergo subveni omnibus
Pia prece fidelibus
Ac nos, qui hymnos pangimus,
Junge choris coelestibus.
6. Sit Deo nostro gloria,
Iaus, virtus et potentia,
Splendor, magnificentia
Per infinita saecula.

Brev. ms. Cellense saec. 14. Cod. Trecens. 109. A. — Brev. ms. Cellense saec. 14. Cod. Trecens. 1974. B.

236. De sancto Frontone.

In Vesperis.

1. Roma legatum protulit
Missum de Petri latere,
Virus, quod serpens intulit,
Divino purgat munere.
2. Hic defunctum Georgium
A somno mortis revocat
Et mentes infidelium
Ad fidem Christi provocat.
3. Petrarum de Petragoris
Primus exhausit gurgitem
Et demolitis idolis
Ostendit vitae limitem.
4. Camelorum obsequio
Deo ducente pascitur,
Sed divino consilio
Mox desertum ingreditur.

5. Egressus evangelium
Praedicavit sollicitus,
Nullum timens supplicium
Confortatus divinitus.
6. Dum ad Marthae funebria
Praesul sacratus rapitur,
Absens Dei potentia
Praesens adesse cernitur.
7. Chirotheca deseritur,
Novit Dei scientia.
Cum sic ille qui dicitur
Sit absens in praesentia.
8. Virtutum cultu floruit,
Refloret et miraculis,
Cum signis vita claruit,
Exemplum praestat populis.

9. Patri, nato, paracrito
 Laus offeratur inclita
 A grege Deo subdito,
 Laudem adornent merita.

Brev. ms. Xanctonense saec. 14. Cod. Parisien. 16309. — Mel.: Quem terra pontus.

237. De sancto Frontone.

Ad Nocturnum.

- | | |
|---|---|
| 1. Gratuletur ecclesia,
Gallicorum in populis
Extollantur praeconia
Sancti Frontonis praesulis. | 5. Manuum, pedum, lateris
Christi respexit vulnera
Redeuntis ab inferis
Ac scandentis ad sidera. |
| 2. Assumptus cum discipulis
Christum devote sequitur,
Cujus doctrinae poculis
Aegris salus tribuitur. | 6. Venientis cum sonitu
Nova recepit munera,
Repletus sancto spiritu
Linguarum novit genera. |
| 3. Christi factus discipulus
Sui comes itineris
Fit imitator sedulus
Verbi simul et operis. | 7. Fatur Dei magnalia,
Corruscat et virtutibus,
Fugat Dei potentia
Languores cum daemonibus. |
| 4. Post esum agni veteris
Cum sancto coenans agmine,
Sumpsit ipse cum ceteris
Christi corpus cum sanguine. | 8. Cum ceteris apostolis
Laetus potitur gloria,
Fronto nos suis precibus
Perducat ad coelestia. |

Brev. ms. Xanctonense saec. 14. Cod. Parisiens. 16309. — Mel.: Quem terra pontus.

238. De sancto Furseo.

- | | |
|--|---|
| 1. Laudes almi confessoris
Fursei vox resera,
Qui ad instar praecursoris
Matris inter viscera
Loquens avi nequioris
Arguebat scelera. | 4. Adolescens monachatur,
Gemellis infantibus
Ejus prece vita datur
Regulam sequentibus,
Illis mare transfretatur
Immersis corporibus. |
| 2. Ille ferox opinatur,
Quod falsa sit visio,
Triplex rogos apparatur,
Mater stillicidio
Lacrimarum liberatur
Ignis ab incendio. | 5. Hic insultus et conflictum
Patitur in transitu
Daemonemque reddit victum
Angelico monitu,
Redivivus portat ictum,
Quem sensit in spiritu. |
| 3. Patrem fugit haec profanum
Sponsi comes exsulis,
Inde venit ad Brandanum,
Jubar ejus oculis
Nocte signum dat arcanum
Affuturi praesulis. | 6. Vitae reddit homo mitis
Hamonis infantulum
Aperitque compeditis
Carceris ergastulum,
Furorem matronae ditis
Expellit per baculum. |

7. Migrat sanctus ad coronam
Trina morte praevia,
Erchembaldus ob personam
Ejus movet proelia,
Trahunt boves ad Peronam
Dei providentia.

8. Excaecata lumen binum
Resumit incredula,
Bibens aquam factam vinum
Languens muliercula
Fert juvamen repentinum
Per ejus miracula.

9. Hujus ergo confessoris
Agentes memoriam
Sic possimus Salvatoris
Promereri gratiam,
Ut nos sui fax amoris
Perducat ad gloriam.

10. Gloria et honor Deo
Usquequo altissimo,
Una patri filioque,
Inclito paraclito,
Cui laus est et potestas
Per aeterna saecula.

Brev. ms. Cameracense saec. 15. Cod. Parisiens. 17295 A. — Brev. ms. Cameracense saec. 15. Cod. Cameracens. 93. B. — Brev. ms. Parisiense saec. 15. Cod. Parisiens. 1263. C. — Brev. Noviomense imp. Parisiis 1515 D. — 1, 2 referas C. — 1, 5 Loquens cui C. — 3, 3 Brendanum B. — 4, 6 Immersis soriel als Non mersis; immensis C. — 5, 1 Sic insultus C. — 5, 2 patitur fehlt C. — 7, 3 Erchenaldus D Hercenaldus B. — 7, 5 Peronem C; hunc Peronam D. — 8, 1 lumen vivum C. — 8, 3 aqua factum D. — Str. 10 fehlt D. — Divisio ad Laudes nach Str. 6.

239. De sancto Gabriele.

In 1. Vesperis.

1. Pange, virgo, gloriosi
Angeli proloquium,
Gabrielis pretiosi
Verbi ministerium,
Regis sponsi generosi
Mirum matrimonium.

2. Cum orarem mente tota
Angelorum dominum,
Sollicita de matrona,
Regis sponsi virginum,
Ecce jam audiavi nova
Redemptoris hominum.

3. Venit ad me paranympheus
Quidam magnus subito,
Gabriel, ille benignus
Angelus, insolito
Salutavit, commendavit
Et turbavit oppido.

4. Ad me missus est de caelis
Gabriel archangelus
Dicens: Ave, mater eris,
Nam veniet Dominus
Vitae, per te, si tu velis,
Salvus erit populus.

5. Et quomodo fiet istud,
Gabriel archangele,
Quia virum non cognosco?
Hoc erit mirabile,
Opus est omnipotentis,
Verbum ineffabile.

6. Novum factum, novum mirum,
Nova placent omnia,
Virgo circumdedit virum,
Pape, plena gratia;
Fiat mihi sicut, dixit
Semper virgo Maria.

7. Ecce, virgo, concepisti
Gabriele nuntio,
Et sic, mater, remansisti
Virgo sine dubio,
Immaculata fuisti
Semper ab initio.

8. Alma mater, virgo pura.
Aeterna virginitas,
Te extollunt dona plura
Signanter humilitas,
Angelica te natura
Salutat et deitas.

9. Gloria, laus in excelsis
 Patri sit et sophiae,
 Procedenti ut est $\lambda\eta\sigma\iota\varsigma$,
 Et virgini Mariae,
 Quam semper Deus dilexit
 Tamquam sponsus proprie.

Brev. ms. Piperacense anni 1440. Cod. Capit. Aniciens. s. sign. A. —
 Brev. ms. Franciscan. saec. 15. Cod. Musaei Luciliburgen. s. n. B. — 4, 5
 In te per te B. — 5, 3 quoniam A. — 6, 1 novum magnum AB.

240. De sancto Gabriele.

Ad Laudes.

- | | |
|---|--|
| 1. Verbum aeternum oriens
A patre misit nuntium,
Ad opus suum exiens
Venit ad completorium. | 5. Laus regi plena gaudio
In saeculorum saecula,
De Gabriele nuntio
Gaude, turba paupercula. |
| 2. Sedens ad patris dexteram
Stellatum habens solum,
Venit ad mundi vesperam
Deus in adiutorium. | 6. Ales diei nuntius,
Consors paternae dexterae,
Splendor paternae gloriae
Vultum solatur virginis. |
| 3. Angelus autem mittitur
Ad virginem per filium,
Per quem Mariae loquitur
Deus, nostrum refugium. | 7. Primo dierum omnium
Jam lucis orto sidere
Concinat plebs fidelium,
En gratulemur hodie. |
| 4. Gaudet similis simili
In coelesti collegio,
Gabriel missus virgini
Nazareth in rosario. | 8. Primo patri et filio
Spirituique medio
Cum matre Dei Maria
Omnis honor et gloria. |

Brev. ms. Piperacense anni 1440. Cod. Capit. Aniciens. s. sign. A. —
 Brev. ms. Franciscan. saec. 15. Cod. Musaei Luciliburgen. s. n. B. — 1, 1
 internum B. — 3, 1 autem fehlt A. — 4, 1 Plaudet AB.

241. De sancto Gabriele.

In 2. Vesperis.

- | | |
|---|---|
| 1. Verbum aeternum prodiens
A patre naturaliter,
Opus suum incipiens
Se fecit temporaliter
Carnem, salutem sitiens
Hominum paternaliter. | 3. Gabriel exit sedulus
A solis ortus cardine,
Nostrae salutis aemulus
Exsequitur cum lumine
Mandatum, quod acceperat,
De salutanda virgine. |
| 2. Verbum misit ad virginem
Ab aeterno ordinatam
Gabrielem, ad hominem
Joseph viro desponsatam,
Ut praepareret angelus
A Domino praeparatam. | 4. Salutat virgo virginem
Nostrae salutis nuntius,
Pavet puella juvenem,
Qui venerat propitius,
Concepit homo hominem
Obumbrata perfectius. |

- | | |
|--|--|
| <p>5. Gaude, virgo, Gabrielis
Adventu salvifico
Et magni Emmanuelis
Conceptu mirifico,
Regnabis semper in caelis
Cum rege magnifico.</p> | <p>6. O Gabriel archangele,
Benedic Patri Domino,
Nam opus admirabile
Tibi commisit oppido,
Justum rationabile
Pro redimendo populo.</p> |
|--|--|

7. Patri Deo et filio
Procedenti flamini
Honor, virtus et gloria,
Et matri semper virgini
Signanter hyperdulia
Sit in nomine Domini.

Brev. ms. Piperacense anni 1440. Cod. Capit. Aniciens. s. sign. A. —
Brev. ms. Franciscan. saec. 15. Cod. Musaei Luciliburgen. s. n. B. — 1, 4
Se fecit esse temporaliter A. — 1, 6 temporaliter B. — 3, 2 A solis ortu A. —
7, 2 Cum fehlt A.

242. De sancto Gatiano.

Ad Vesperas.

- | | |
|--|--|
| <p>1. Hymnum, fideles populi,
Regi Christo concinite,
Qui est salvator saeculi,
Et illi laudem dicite.</p> | <p>3. Ab ipso sacro neumate
Affatim illustratus est
Et praesulatus schemate
A Petro ordinatus est.</p> |
| <p>2. Hujus sequens vestigia
Gatianus vir inclitus
Mundi cavit fastigia
Et carnis molles habitus.</p> | <p>4. Cujus jussu almifico
Turonis petit ocus,
Qua instinctus demonico
Fredebat gens atrocius.</p> |

5. Cujus annue precibus,
Rex regum, Christe Domine,
Ut exuti corporibus
Tuo fruamur lumine.

Brev. ms. Turonense saec. 15. Cod. Parisiens. 1032. A. — Brev. ms. Turonense saec. 15. Cod. Mazarin. 352 (780). B. — Brev. Turonense imp. Parisiis 1522. C. — Brev. ms. Lingonense anni 1480. Cod. Lugdunens. 474. D. — Brev. ms. Turonense saec. 15. Cod. Turonens. 148. E. — Brev. ms. Turonense anni 1412. Cod. Turonens. 146. F. — Hymn. ms. Andegavens. saec. 14. Cod. Andegavens. 105 G. — Hymn. ms. Andegavens. saec. 14. Cod. Andegavens. 106. H. — Brev. ms. Lingonense saec. 15. Cod. Calmontan. 26 (Inv. Robert). I. — 2, 3 vestigia A. — 4, 3 Qui instructus A. — 5, 1 Hujus annue C.

243. De sancto Gatiano.

In Laudibus.

- | | |
|---|---|
| <p>1. Aurora vultu roseo
Nitet splendore phoebeo,
Noctis umbra reconditur
Et lux terris refunditur.</p> | <p>2. Gatiani solemnia
Adsunt ecce praesentia,
Quae celebrat ecclesia
Fidei cum laetitia.</p> |
|---|---|

- | | |
|---|--|
| <p>3. Hic illustri prosapia
Ortus adolescentia
Regna spernit terrestria
Suspirans ad coelestia.</p> <p>4. Tandem Turonis civibus
Tunc idola colentibus
Pastor datus divinitus,
Ut vitae pandat aditus.</p> <p>5. Ubi quidem innumeris
Radiavit miraculis,
Modo regnat cum superis,
Reddit perdita singulis.</p> | <p>6. Huic avis, illi bestia,
Huic propulsa molestia
Pax, vita, salus redditur,
Cum puro corde petitur.</p> <p>7. Procul pellit incendia
Gatianus prece pia,
Nullus rogatu fallitur,
Sospes quisque regreditur.</p> <p>8. Cujas annue precibus,
Rex regum, Christe Domine,
Ut exuti corporibus
Tuo fruamur lumine.</p> |
|---|--|

Brev. ms. Turonense saec. 15. Cod. Parisiens. 1032 A. — Brev. ms. Turonense saec. 15. Cod. Mazarin. 352 (780). B. — Brev. Turonense imp. Parisiis 1522 C. — Brev. ms. Lingonense anni 1418. Cod. Lugdunens. 474. D. — Brev. ms. Turonense saec. 15. Cod. Turonens. 143. E. — Brev. ms. Turonense anni 1412. Cod. Turonens. 146. F. — Hymn. ms. Andegavens. saec. 14. Cod. Andegavens. 105. G. — Hymn. ms. Andegavens. saec. 14. Cod. Andegavens. 106. H. — Brev. ms. Lingonense saec. 15. Cod. Calmontan. 26 (Inv. Robert). I. — 3, 2 ab adolescentia A. — 6, 2 Hinc propulsa C.

244. De sancto Gaugerico.

1. Salve festa dies et celeberrima,
Quae nobis replicas annua gaudia
Patris Gaugerici, praesulis incliti,
Quo concive polus gaudet amabili.
2. Alternas igitur nostra catervula
Laudes atque modos personet inclitos,
Attollatque patrem Cameracensium,
Magnum pontificem, sanctificum virum.
3. Hic virtute cluens ut medicus potens
Curavit gemina peste misellulum,
Quem diversicolor lepra notaverat
Gentilisque furor excerebraverat.
4. Allidens precibus ferrea vincula
Nexus eripuit terque decennibus
Sopitos oculos noctibus excitans
Infuso penitus sole retexerat.
5. Praeter quod Domini propalat angelus,
Quanti sit meriti tantus episcopus,
Cui mox exhibitus fit bacularius,
Dum de morte pias explicuit preces.
6. Confessor Domini, vir venerabilis,
Laudes, quas canimus, suscipe, quaesumus,
Et nostris veniam lapsibus impetra
Et tecum superam scandere patriam.

7. Laus patri Domino, laus quoque filio,
 Laus et perpetuo spiritui sacro,
 Laus trinae monadi summaque gloria,
 Laus simplae triadi saecula per omnia.

Psalt. et hymn. ms. Cameracens. saec. 12/13. Cod. Cameracens. 31. A. —
 Brev. ms. Cameracense saec. 12. Cod. Cameracens. 48. B. — Brev. ms. Came-
 racense saec. 15. Cod. Laudunens. 256. C. — Brev. Cameracense imp. Parisiis
 1497. D. — Divisio nach Str. 5.

245. De sancta Genovefa.

Ad Vesperas.

- | | |
|--|--|
| 1. Genovefae preconia
Vox una promat omnium,
Laude redundant labia,
Vocem praeformet gaudium. | 4. Sub hujus lucis termino
Vitae sortita terminum
Reviviscit in Domino
Choris inserta virginum. |
| 2. Virgo prudens et humilis
In vase custos olei,
Lampas inextinguibilis
Luce refulsit fidei. | 5. O Genovefa, respice,
Nos pietatis oculo,
Consors lucis angelicae,
Coelesti clara titulo. |
| 3. Sexus oblita fragilis
Manum misit ad fortia,
Signis et vita nobilis
Cooperante gratia. | 6. Regis adsistens vultui
Nos regi reconcilia,
Da nobis sponso perfrui,
Sponsa sponsique filia. |

7. Simplici laus essentiae,
 Patri, proli, paraclito,
 Qui nos reformet gloriae
 Pro Genovefae merito.

Brev. ms. S. Genovefae saec. 15. Cod. S. Genovefae Parisiens. BBl. IV^o 15.
 A. — Brev. ms. Meldense saec. 15. Cod. Parisiens. 1054. B. — Brev. ms.
 Tullense saec. 15. (Privatbesitz) C. — Brev. Roschildense imp. Parisiis 1517.
 D. — Brev. Aurelianense imp. s. I. et a. E. — Brev. Canonic. S. Augustini
 imp. Parisiis 1523. F.

246. De sancta Genovefa.

Ad Nocturnum.

- | | |
|---|---|
| 1. In praeclarae Genovefae
Virginis celebritate
Apostolica resultat
Omni laude ecclesia. | 3. Inter ignitos lapides
Aeterni diadematis
Gemma Dei Genovefa
In aethereis est nexa. |
| 2. Sincera cordis in ara
Litet grata libamina
Atque voce hymnidica
Concrepet carmina dicens. | 4. Perennis ovans gloriae
Fulget lampade corrusca,
Virgineis juncta choris
Aurea possidet astra. |

- | | |
|---|---|
| <p>5. In terrisque innumeris
Praenitescit prodigiis,
Quam excoluit Gallia
Immensam sui gloriam.</p> | <p>6. Unde laus aeterno patri
Una cum ejus filio,
Sit spiritui paraclito
In sempiterna saecula.</p> |
|---|---|

Brev. ms. S. Genovefae saec. 15. Cod. S. Genovefae Parisiens. BBl. IV^o
15. A. — Brev. ms. Meldense saec. 15. Cod. Parisiens. 1054. B. — Brev.
ms. Tullense saec. 15. C. — Brev. Roschildense imp. Parisiis 1517. D. —
Brev. Aurelianense imp. absque. E. — Brev. Canonic. S. Augustini imp.
Parisiis. 1553. F. — 5, 4 Immensam suae D; immensa sui AB. — Den Hym-
nus ad Laudes BC.

247. De sancta Genovefa.

Ad Laudes.

- | | |
|--|---|
| <p>1. Chorus exsultet spiritu,
Vox erumpat melliflua,
Pro Genovefae transitu
Laus recensetur annua.</p> | <p>4. Lux corruscans in tenebris,
Aeterni soli speculum,
Signorum laude celebris
Sexum vicit et saeculum.</p> |
| <p>2. Vox cordi se contemperet,
Affectus vocem superet,
Ne plene possint exprimi
Dulces successus animi.</p> | <p>5. Immunis labe criminum,
Vitae suspirans terminum,
Patre vocante luminum
Choros illustrat virginum.</p> |
| <p>3. Supra mensuram hominis
Laus Genovefae virginis,
Laudemus tamen virginem
Vitae sequentes ordinem.</p> | <p>6. Gaude, mater ecclesia,
Matri laus est in filia,
Ex hujus membri gloria
Congloriantur omnia.</p> |

Brev. ms. S. Genovefae saec. 15. Cod. S. Genovefae Parisiens. BBl. IV^o
15. A. — Brev. Roschildense imp. Parisiis. 1517. B. — Brev. Aurelianense
imp. s. l. et a. C. — Brev. Canonic. S. Augustini imp. Parisiis 1523.
D. — Brev. ms. Meldense saec. 15. Cod. Parisiens. 1054. E; Letzteres ad
Nocturnum und mit folgender Str. beginnend:

Genovefae translatio
Nos ad superna transferat,
Suspensa desiderio
Mens gustet, quod desiderat.

248. De sancto Georgio.

- | | |
|--|--|
| <p>1. Ad laudem sancti martyris
Laxemus fibras gutturis,
Qui Syllonam a serpente
Liberavit rugiente.</p> | <p>4. Jam templum deum ruerat,
Cum tellus aperta erat,
Ut populum destrueret
Quodque fanum absorberet.</p> |
| <p>2. Cujus virus odiosum
Multis fuit venenosum,
Hoc animal crudelius
Interficit Georgius.</p> | <p>5. O felix conjux regia,
Cui parata coeli via
Relicta idolatria
Per martyris subsidia.</p> |
| <p>3. Protectus Dei galea
Potum repletum letea
Faece hausit tamquam rorem
Deludens imperatorem.</p> | <p>6. Consurgit gens ab inferis
Disruptis vinculis feris,
Baptizantur et salvantur
Post haec nullis visa dantur.</p> |

7. Quaesumus, auctor omnium,
Nos Georgii precibus
Ut post praesens exsilium
Jungamur coeli civibus.

8. Gloria tibi, Domine,
Qui surrexisti a mortuis,
Cum patre et sancto spiritu
In sempiterna saecula.

Brev. ms. S. Waldetrudis saec. 15. Cod. Duacens. 164. — 3, 2 Potu
Hs. — 4, 2 apertum Hs. — 5, 2 Tibi parata Hs.

249. De sancto Georgio.

In Vesp. et Noct.

1. Pange, lingua, gloriosum
Certamen Georgii
Et triumphum pretiosum
Martyris egregii,
Diem festum et jocosum
Celebremus socii.

5. Daciano saevienti
Accurrit Georgius,
Dacianus resistenti
Poenas infert impius,
Et sic sordes sordescenti
Accreverunt amplius.

2. Stirps produxit generosa
Ducem Cappadociae,
Cujus vita gloriosa
Illuxit ecclesiae,
Et mors ejus pretiosa
Memoratur hodie.

6. Justus plus justificatur,
Dum flagellis teritur,
Quando ferrum elimatur,
Clarius efficitur,
Vinum ut eliciatur,
Uva calce premitur.

3. Olim fervens Dacianus
Zelo idolatriae
Patefecit, quam profanus
Et quantae malitiae,
Quam crudelis, quam insanus,
Quam plenus perfidiae.

7. Aurum fornace probatur
Et excussa palea,
Granum purum deportatur
Domini in horrea,
Nullus, nisi excolatur,
Fructus reddit vinea.

4. Sanctos Dei laniabat
Trahens ad supplia,
Nomen Christi blasphemabat
Et colens sculptilia
Muta, surda adorabat
Sensuque carentia.

8. Gloria et honor Deo
Usquequo altissimo,
Una patri filioque
Inclito paraclito,
Cui laus est et potestas
Per aeterna saecula.

Brev. Belnense imp. s. l. et a.

250. De sancto Georgio.

Ad Laudes.

1. Praeparatur habens rota
Serras velut gladios,
Martyr mente stat immota
Nec tortores impios
Timet, cujus spes est tota
In te, Christe hagos.

2. Quidquid potest cogitari
Ad torquendum gravius,
Jubet praeses praeparari,
Sed torquetur acrius
Torquens et se superari
Dolet vehementius.

3. Sese victum erubescit,
Et in se confunditur
Et, quid agat, amens nescit,
In diversa trahitur,
Hinc victori laus accrescit,
Qui nunc palma fruitur.

4. Clamat martyr: Daciane,
Ego sum Christicola,
Quid insanis, rex profane,
Adorando idola,
Verba loquor Christianae
Fidei non frivola.

5. Unum Deum verum colo
Ipsi soli servio,
Praeest terrae, mari, polo,
Quem videre cupio,
Quem adoro sine dolo
Toto cordis studio.

6. Gloria et honor Deo
Usquequo altissimo,
Una patri filioque
Inclito paraclito,
Cui laus est et potestas
Per aeterna saecula.

Brev. Belnense imp. s. l. et a.

251. De s. Georgio Episcopo.

Ad Vesperas.

1. Exsultent mundi cardines
Necnonque terrae limites,
Cunctis celebritatibus
Celebrior sit haec dies.

2. Qua doctor beatissimus
Et antistes Georgius,
Auditor apostolicus
Hinc ad coelos evehitur.

3. Nam Gallicanis partibus
A praeceptore traditus
Frontonis sacri praesulis,
Fit comes fidelissimus.

4. Cui confestim flebile
Accidit in itinere
Commissi sibi comitis
Destitui solamine.

5. His relatis apostolo
Donatur ejus baculo,
Cujus tactu mirifico
Fratrem eduxit tumulo.

6. Sic profecti Provinciam
Aliments egregiam
Fluentis evangelicis
Reddiderunt uberrimam.

7. Vallanensis ecclesiae
Adeptus pontificium
Dono supernae gratiae
Coeli subiit palatium.

8. Cujus cunctis solemnia
Celebremus insignia,
Summi regis praeconia
Ferentes super aethera.

9. Laus, honor, virtus gloria,
Salus atque victoria
Deo regenti omnia
Per infinita saecula.

Brev. ms. Aniciense saec. 14. Cod. Capit. Aniciens. s. n. A. — Brev. ms. Aniciense saec. 15. Cod. Parisiens. 1304. B. — Brev. ms. Aniciense saec. 15. Cod. Parisiens. (Arsen.) 277. C. — 2, 4 advehitur B; avertitur C. — 4, 2 in itinere fehlt B. — 6, 1 Hi profecti AB. — 6, 2 Anicensis egregia B.

252. De s. Georgio Episcopo.

Ad Laudes.

- | | |
|---|---|
| <p>1. Exaudi, Christe redemptor,
Totius orbis conditor,
Pro tanta mole criminum
Exaudi preces supplicum.</p> <p>2. Qui stellarum innumera
Tu solus noscens nomina,
Imperas maris fluctibus,
Ne procedant ulterius.</p> <p>3. Petri beati, principis
Apostolorum, meritis
Antistitem Georgium
Sublimasti discipulum.</p> | <p>4. Qui suscepto regimine
Vallanensis ecclesiae
Late patentis claruit
Illuminator patriae.</p> <p>5. Hunc ultra mundi limites
Coelestis aulae milites
Pro sanctitatis merito
Venerantur obsequio.</p> <p>6. Cujus tamen insignia
Celebremus solemnia,
Ut tanti viri precibus
Laetemur in coelestibus.</p> <p>7. Laus, honor et tripudium,
Potestas et imperium
Cum glorioso flamine
Decet patrem et filium.</p> |
|---|---|

Brev. ms. Aniciense saec. 14. Cod. Capit. Aniciens. s. n. A. — Brev. ms. Aniciense saec. 15. Cod. Parisiens. 1504. B. — Brev. ms. Aniciense saec. 15. Cod. Parisiens. (Arsen.) 277. C. — 1, 4 Audi preces B. — 2, 3 Immensi maris B. — 2, 4 prodeant AC; ulceribus A. — 5, 1 Tunc A, Nunc B. — 7, 4 Donet AB, Docet C.

253. De s. Georgio Episcopo.

- | | |
|---|--|
| <p>1. Pateant fores cordium
Ad laudandum Georgium,
Hymnum canendo civium
More supracoelestium.</p> <p>2. Qui salus Vallanensium
Per fidei mysterium
Subvertit idolatrium
Fugavitque daemonium.</p> <p>3. Nam Frontonis instantia
Mortis fracta potentia
Fit praesul in Vallania
Praedicans evangelia.</p> | <p>4. Gaudeat nunc ecclesia
Pro tanti viri gratia
Ipsius cum laetia
Recolendo magnalia.</p> <p>5. Tanti patris regimine
Gaudentesque solamine
Regi nato de virgine
Fio canamus carmine.</p> <p>6. Gloria tibi, Domine,
Patri, nato cum flamine,
Qui es in rerum culmine
Trinus sub uno numine.</p> |
|---|--|

Brev. ms. Aniciense saec. 15. Cod. Parisien. (Arsen.) 278.

254. De s. Georgio Episcopo.

Ad Laudes.

- | | |
|---|---|
| <p>1. Festum colamus hac die
Primi patris Vallaniae,
Qui dum pro grege vigilat.
Aurora lucis rutilat.</p> | <p>2. Gentes totius patriae
Vacabant idolatriae,
Has convertit, ut legimus,
Cum vir ille fortissimus.</p> |
|---|---|

- | | |
|--|---|
| <p>3. Ille, qui clausus lapide
Morti dabatur avidae,
Revivens lucem reserat
Quae Vallanis latuerat.</p> <p>4. Solutis jam gemitibus
Sedatisque moeroribus
Fronto divino munere
Socium gaudet vivere.</p> | <p>5. Georgi, pastor inclite,
Memento curae traditae,
Ne gregem tibi creditum
Lupus trahat ad obitum.</p> <p>6. Genitori cum genito
Flaminique paraclito
Sit decus et laus sedula
Per saeculorum saecula.</p> |
|--|---|

Brev. ms. Aniciense saec. 15. Cod. Parisiens. (Arsen.) 278. — 1, 1 hac ergänzt.

255. De sancto Germano.

Ad Vesperas.

- | | |
|--|--|
| <p>1. Sublime festum saeculis
Indicit annus versilis,
Hymnis resultant sidera,
Plaudunt canore terrea.</p> <p>2. Germanus admirabilis
Est hujus index luminis,
Quo nemo post apostolos
Alter fuit praestantius.</p> <p>3. Testatur orbis Italus
Claris frequens virtutibus,
Testatur ecce Gallia
Pollens magistri gloria.</p> <p>4. Fatetur hoc oceanus
Bis navigando pervius,
Fatetur et Britannia
Erroris unco libera.</p> | <p>5. Eliminati daemones
Clamore coelum concitant,
Non verba, non praesentiam
Tanti ferentes praesulis.</p> <p>6. Remissa moerent tartara,
Damnisque mors illacrimans,
Caduca dum post funera
Vitae refundit corpora.</p> <p>7. His te beatum mercibus
Reposcit aether igneus
Fessumque Christus visitans
Invitat ad perennia:</p> <p>8. Germane, dicens, inclitam,
Triumphum duc in patriam,
Victrice clarus laurea
Super futuris sidera.</p> |
|--|--|

9. Quo te, beata trinitas,
Superna laudat civitas,
Laudando cernit affatim,
Cernendo vivit perpetim.

Brev. ms. Turonense saec. 15. Cod. Parisien. 1032. A. — Brev. Autisiodorense imp. Cabeliae 1483 B. — 1, 1 saeculi A. — 5, 1 Eliminat A. — 6, 1 Devulsa moerent B. — 7, 1 beatum mentibus A — 9, 1 Quod te A.

256. De sancto Germano.

- | | |
|--|--|
| <p>1. Praecelsa Germani fides,
Parisiis antistitis,
Quam mira signa praebuit,
Loqui nec lingua sufficit.</p> | <p>2. Quem mater optans perdere
Nec per venena decipit,
Ut infantem exstingueret,
Nec venter pressus projicit.</p> |
|--|--|

Dreves, Hymni Inediti.

- | | |
|--|--|
| <p>3. Fenilis accensos globos
Pressit crucis signaculo
Sanctaque claro lumine
Cornuta frons apparuit.</p> <p>4. Orans foris a carcere
Fregit catenas quinquies
Vinctumque per signaculum
Dissolvit mox amantium.</p> <p>5. Praeter virum podagricum
Virum medens hydropicum,
Sunt quinque sani redditi
Languore de paralyti.</p> | <p>6. Mutis loquelam conferens,
Virtute claudos dirigens,
Hic octo caecis obruta
Resuscitavit lumina.</p> <p>7. Tribus die sub ultimo
Lapsum refudit spiritum,
Hic palpitanti Attilae
Vitam refert de funere.</p> <p>8. Hic per supernam gratiam
Divina dans miracula
Promissa sumens munera
Vivit perenni gloria.</p> |
|--|--|

9. Deo patri sit gloria.

Hymn. ms. S. Germani a Pratis saec. 14. Cod. Parisiens. 12040. A. —
Brev. ms. S. Germani a Pratis saec. 14. Cod. Parisiens. 13239. B. — Nach
Str. 5 Divisio.

257. De sancto Germano.

Per octavam.

1. Ecclesiae speculum, veniae vigor, ara reorum,
Et pater et medicus, pastor amorque gregis.
2. Germanus virtute, fide cordeque beatus,
Carne tenet tumulum, mentis honore polum.
3. Vir, cui dura nihil nocuerunt fata sepulchri,
Vivit enim, nam mors, quem tulit ipsa, timet.
4. Crevit adhuc potius justus post funera, namque
Fictile vas fregerat, gemma superna micat.
5. Cujus opem ac meritum mutis data verba loquuntur,
Redditus et caecis praedicat ore dies.
6. Hic vir apostolicus rapiens de carne trophaeum
Jure triumphali considet arce throni.
7. Gloria sit patri Domino, pariter quoque nato
Hisque coaequali saecula per innumera.

Brev. ms. S. Germani a Pratis saec. 14. Cod. Parisien. 13239.

258. De sancto Germano.

1. Iste confessor meritis praeclarus,
Cujus virtutes pangimus et actus,
Hodie coelos penetrat devotus
Carne solutus.

2. Istius corpus sacratum involvit
Felix regina sericis condignis,
Post ejus glebam patriae remisit
Precibus sancti.
3. Iste post mortem Vercellis translatus
Surgit a lecto angelis vallatus,
Consecrat aulam basilicae sanctam
Pactum secutus.
4. Sub cujus gleba mulier succumbit,
Quam semivivam paralysis urit,
Sed mane facto curata resurgit
Prece defuncti.
5. Annis ducentis in duplo peractis
Corpus intactum cernitur cum pannis
Sine jactura, quibus imperatrix
Cinxerat illud.
6. Gloria patri genitaeque proli
Et tibi, compar utriusque semper
Spiritus alme, Deus unus omni
Tempore saeculi.

Brev. ms. Atrebatense saec. 14. Cod. Atrebatens. 717.

259. De sancto Germano.

1. Germani meritis inclita gaudia
Laudibus debitis pangat ecclesia,
Transiens hodie ad regnum gloriae
Christi pervenit gratia.
2. Quae vox, quae poterit lingua retexere,
Quanto perfulserit Germanus munere,
Fecit et docuit, vitae vox congruit,
Probavit fidem opere.
3. Mundana respuit in mundo positus,
Et mundum censuit spernendum penitus,
Te solum eligens, te vere diligens,
Rex Christe bone coelitus.
4. Te summa deitas unaque poscimus,
Ut culpas abluas, noxia subtrahas,
Des pacem famulis, nos quoque gloriam
Per cuncta tibi saecula.

Brev. Noviomense imp. Parisiis 1515. — Von der Doxologie nur der Anfang.

260. De sancto Germano M.

1. Haec festiva dies hortatur quosque fideles
Germani sacro plaudere martyrio.
2. Gallus et Hispanus currant et Scotica tellus
Doctori magno reddere vota suo.
3. Hos plebs praecedat, quam membris martyr honorat,
Promens gesta patris canticis hymnidicis.
4. Esto memor nostri, Germane, purissime martyr,
Hos ut ab hoste trahas, corpore quos decoras.
5. Doxa patri ingenito et genito cum flamine sancto,
Unus in hoc trino qui Deus est numero.

Brev. ms. S. Fusciani saec. 13/14. Cod. Ambianens. 111.

261. De sancta Gertrude.

Ad Vesperas.

- | | |
|---|--|
| 1. Novo creator siderum
Coelum vestivit sidere,
Tellus arida mentium
Rore cujus refluat. | 4. Velox festinat flosculus
Vitae angustae miserae,
Testes proclamant sidera:
Brevior vitae portio. |
| 2. Sidus fecundis imbribus
Expurget nos sceleribus
Atque nostrorum visitet
Deserta regna cordium. | 5. Una igitur hominum,
Spes una, salus omnium,
Supremum Deum colere,
Deum verum agnoscere. |
| 3. Ira mansuescit effera,
Pestis mitescit fervida,
Almis dum flectit iudicem
Gertrudis precum viribus. | 6. Rerum parenti gloria,
Nato decus, victoria
Atque sacrato flamine
Per saeculorum saecula. |

Brev. Aarhusiense imp. Aarhusiae 1519.

262. De sancta Gertrude.

Ad Nocturnum.

1. In votis virgo sancta vocabitur,
Nam plenitudo vera gratiarum
Multum largiter ejus egregio
Enitet ore.
2. Umbras profundae noctis evitavit
Anima felix, aevi dum ad metas
Pervenit dati, clarissimam coeli
Meruit aulam.
3. Est luce magis dilecta Domino
Sponsa, quam nulli flexere potentes
Nec rex nec duces, quos terra triumphis
Fertilis alit.

4. Gloria patri, pendet quo meatus
Solis et lunae, cuncta moderanti
Pneumati sacro filioque Dei
Psallimus omnes.

Brev. Aarhusiense imp. Aarhusiae 1519. — 2, 1 Umbris.

263. De sancta Gertrude.

Ad Laudes.

1. Axis stellati celsam ascendere
Meruit arcem hodie Gertrudis,
Cujus illustrem non gravant terreni
Animam artus.
2. Ejus immenso respondet labori
Gloria sedis patria coelesti,
Statim post luctus dignior virginis
Agitur aetas.
3. Felix miranda virgo potentia
Mundum devicit carnis et reatum,
Omni praebeuit vultus modestiam
Hospita turbae.
4. Optanti summum moerens philomena
Deum amplecti, quem nondum cognovit,
Cognitum amat, amato fruitur
Clarius luce.
5. Gloria Deo, axi astrifero
Aera, polis astra qui fixisti,
Tu fundavisti igneas virtutes
Ordine suo.

Brev. Aarhusiense imp. Aarhusiae 1519.

264. De sancta Gertrude.

Ad Vesperas.

- | | |
|---|---|
| 1. Plaude, mater ecclesia,
Sanctae Gertrudis hodie
Recensentur solemnia,
Adest dies laetitiae. | 3. Matris parens imperio
Sacrum velamen accipit,
Ardenti desiderio
Christum pro sponso suscipit. |
| 2. Haec annis licet tenera
Mente senili claruit,
Toto corde Christifera
Soli se solam praebeuit. | 4. Conservans sine macula
Virginitatis lilium,
Profert amoris jacula
Missa per Dei filium. |
| 5. Trino Deo et simplici
Laus, honor, virtus, gloria,
Qui nos dono septemplici
Ditet in coeli curia. | |

Diurn. ms. Dominican. saec. 15. Cod. Rostochiens. Ms. theol. 13.

265. De sancta Gertrude.

Ad Laudes.

- | | |
|---|--|
| <p>1. Collauda, coetus virginum,
In virginis solemnio
Tibi paratur gaudium
Virginali consortio.</p> <p>2. Orans sponsum fideliter
Interno mentis gaudio
Nunc regnat aeternaliter
Dei conjuncta filio.</p> | <p>3. Post agnum sponsum cursitat
Cum ceteris virginibus
Hymnosque dulces personat
Nunc fruens in coelestibus.</p> <p>4. Ergo, fideles, currite
Ad virginis solemniam,
Melos suave procinite
Regnanti super omnia.</p> <p>5. Trino Deo et simplici
Laus, honor, virtus, gloria,
Qui nos dono septemplici
Ditet in coeli curia.</p> |
|---|--|

Diurn. ms. Dominican. saec. 15. Cod. Rostochiens. Ms. theol. 13.

266. De sancto Girardo.

Ad Vesperas.

- | | |
|---|---|
| <p>1. Pangat novum melos
Monachorum coetus,
Nova prole caelos
Ornat parens vetus.</p> <p>2. Girardi miranda
Norint coenobitae,
Sibi referenda
Pro lucerna vitae.</p> <p>3. Infans clare natus
Doctus vana terit,
Ut sit Deo gratus,
Acre jugum gerit.</p> <p>4. Ferro, fame, siti
Corpus domat castum,
Mitis cedit liti,
Pellit omnem fastum.</p> | <p>5. Hospes mundi flagrat
Coelorum amore,
In carne mens fragrat
Superno dulcore.</p> <p>6. Draco, vulpis, aves,
Daemon et protervi
Parent ut suaves
Voci Dei servi.</p> <p>7. Cruce, prece, tactu
Sanavit languores,
Occultorum actu
Prophetat rumores.</p> <p>8. Uni sit et trino
Deo laus aeterna,
Qui sine termino
Dat regna superna.</p> |
|---|---|

Brev. ms. S. Albini Andegavens. Cod. Andegavens. 108. A. — Brev. S. Albini Andegavensis imp. Andegavi 1531. B.

267. De sancto Girardo.

Ad Laudes.

- | | |
|--|--|
| <p>1. Laude, corona jubilent
Artus, voces cum viribus,
Cum gesta sacra rutilant
His in nostris climatibus.</p> | <p>2. Girardus hic aevo recens
Totus canescit moribus,
Senibus est forma decens
Et speculum juvenibus.</p> |
|--|--|

- | | |
|--|--|
| <p>3. Vitam laudat angelicam
Mater regis angelorum,
Lucem pandit propheticam
Praesaga mens arcanorum.</p> <p>4. Carnem mentis obsequio
Dat, ne pinguis lasciviat,
Atrocior martyrio
Est poena, qua se cruciat.</p> | <p>5. Hujus fragmine ciborum
Ac ope multifaria
Pestes curantur morborum
Et pelluntur daemonia.</p> <p>6. Nostras preces cum fletibus
Offerat et praeconium
Deo coelique civibus
Nostrum jungat auxilium.</p> |
|--|--|
7. Deo patri et filio,
Flamini sit et gloria,
Ubi vera distinctio
Est ac simplex essentia.

Brev. ms. S. Albini Andegavens. saec. 15. Cod. Andegavens. 108. A. —
Brev. S. Albini Andegavens. imp. Andegavi 1531. B.

268. De sancto Heriberto.

1. Clara coelorum celebret chorea
Festa terrarum pia, cara, laeta,
Dum salus aegris venit et medela
Per Heribertum.
2. Cujus laudatur merito beata
Vita, virtutum pretiosa palma,
Dote signorum rutilans in alta
Aetheris aula.
3. Languidos sanat, mala cuncta purgat,
Corda moestorum prece, pace firmat,
Apta componit, regit et gubernat,
Tristia sedat.
4. Hic frequentantem tua sancta plebem,
Vota promentem, bona te petentem
Et chorum nostrum jubilantem audi,
Inclite pastor.
5. Sit decus, virtus superiorum regi,
Qui Deus simplex pariterque trinus
Ima cum summis moderando regnat,
Imperat unus.

Cod. Londinens. Add. 26788 (ol. S. Heriberti Tuitiens.) saec. 12.

269. De sancto Heriberto.

- | | |
|--|---|
| <p>1. Optata saeculis gaudia,
Heriberti natalia,
Cantet piorum curia
Laudans Dei magnalia.</p> | <p>2. Hic vir sacerdotalia
Multa polluit gloria,
Vita refulgens inclita,
Factus futuris regula.</p> |
|--|---|

- | | |
|---|--|
| <p>3. Ad corpus ejus vincula
Solvuntur et peccamina,
Roratur indulgentia
Stillatur et elementia.</p> <p>4. Hinc sacra splendent atria,
Promuntur voces, organa,
Servit fidelis turmula
Sperans pro istis ardua.</p> | <p>5. Tu nos, sacerdos, adjuva
Mundando cor et corpora,
Omnis juvamen sentiat,
Qui signa Christi praeferat.</p> <p>6. Praesta, pater, per filium,
Praesta per alium spiritum,
Cui nulli sunt primordia
Et semper est essentia.</p> |
|---|--|

Cod. Londinens. Add. 26788 (ol. S. Heriberti Tuitiens.) saec. 12.

270. De sancto Hermelando.

Ad Vesperas.

- | | |
|--|--|
| <p>1. Hermelandi familia,
Patre dotata nobili,
Laudis exprome gaudia
Corde decantans humili.</p> <p>2. Ex illustri prosapia
Natus regis custodiae
Deputatur insignia
Suscepturus militiae.</p> <p>3. Mundi videns inania,
Cujus fallunt blanditiae,
Mundi fugit contagia,
Mundus custos munditiae.</p> | <p>4. Se servavit innocuum
A carnali contagio,
Vas oleo non vacuum
Dei praesentans filio.</p> <p>5. Lochas, locus egregius,
A laude ne cessaveris,
Quem dotavit uberius
Hermelandus prae ceteris.</p> <p>6. Tantorum datrix munerum,
Audi sancta nos trinitas,
Et choro junge superum,
Ubi jugis jucunditas.</p> |
|--|--|

Brev. Lochense imp. Turonibus 1536.

271. De sancto Hermelando.

Ad Matutinum.

- | | |
|--|---|
| <p>1. Cantemus multifarie
Hermelandi magnalia
Ad laudem regis gloriae,
Cujus fecit haec gratia.</p> <p>2. Pincerna regis Franciae
Suo cessit officio,
Ardens amore patriae
Dei servire filio.</p> <p>3. A regente terrestria
Transit ad regem gloriae,
Durant quippe coelestia,
Mundanae fallunt curiae.</p> | <p>4. Vita patris eximia,
Curae languorum variae,
Missa manus ad fortia,
Signa sunt sanctimoniae.</p> <p>5. Noviomii progenitum
Corpus Lochas nobilitat,
Coelo redonans spiritum,
Ubi cum sanctis habitat.</p> <p>6. Tantorum datrix munerum,
Audi sancta nos trinitas,
Et choro junge superum,
Ubi jugis jucunditas.</p> |
|--|---|

Brev. Lochense imp. Turonibus 1536.

272. De sancto Hermelando.

Ad Laudes.

- | | |
|---|--|
| 1. Viso virtutis opere
Hermelandi praeconium
Nos oportet extollere
Devota mente cordium. | 4. Animarum ingressio
Sancti patet vigiliae,
Candor in oratorio
Attestatur munditiae. |
| 2. Fides firma, spes, caritas
In beato praecipue
Ostendunt, quae sit bonitas
In eodem assidue. | 5. Viri beati merito
Genus erucæ noxium
Locum relinquit subito
Sicut olim Aegyptium. |
| 3. Piscis sufficientiae
Et aucti vini copia,
Coelestis amor patriae
Magni pandunt magnalia. | 6. Tantorum datrix munerum,
Audi sancta nos trinitas,
Et choro junge superum,
Ubi jugis jucunditas. |

Brev. Lochense imp. Turonibus 1536.

273. De ss. Hermelando et Baldo.

1. Sanctorum meritis inclita gaudia
Pangat haec debitis odis ecclesia,
Quorum pignoribus rerumque copia
Praepollet haec insignibus.
2. Hi summi consulis praecones incliti,
Vernantes titulis immensi meriti,
Clari miraculis, moribus praediti,
Extorres a piaculis.
3. Hic splendet sanctitas, viget perfectio.
Flectit humilitas, fervet devotio.
Praecellit bonitas, normat religio,
Nitescit et virginitas.
4. Hic nitet puritas et innocentia,
Vernat tranquillitas, rorat modestia,
Triumphat veritas, parent per omnia
Fides hic, spes et caritas.
5. Hermelande pie Baldeque beate,
Coelestis regiae vestris reserate
Famulis aditum nosque foederate
Christo post carnis exitum.
6. Sit laudis actio condigna numini,
Patri cum filio sanctoque flamine,
Qui nos coelestium civium agmini
Jungat post cursus stadium.

Brev. Lochense imp. Turonibus. 1536.

274. De sancto Hilario.

1. Praesul fuit Pictavensis
nobilis Hilarius,
Fide, corde, ore Christi
confessor clarissimus.
2. Laicali cum uxore
constitutus ordine,
Unicam habebat natam
Abram beatissimam.
3. Moribus honestis Deo
serviebant pariter,
Jeiunantes et orantes
castitate caelibes.
4. Nec lumen abscondi tantum
potuit sub modio,
Sed super lucendo cunctis
ponitur candelabrum.
5. Ille pius, ille prudens
ac eloquentissimus.
Sobrius, pudicus, castus,
humilis, pacificus.
6. Favor crescit popularis,
vox coelestis intonat,
Fit sacerdos naufraganti
utilis ecclesiae.
7. Ariana pullulabat
haeresis pestifera,
Fidem fuco pravitatis
maculans catholicam.
8. Valens erat caput sectae
hujus cum Ursacio,
Rege sibi depravato
favente Constantio.
9. Qui videntes se non posse
coram sancto vincere,
Virum bonum et modestum
condemnant exsilio.
10. Unde anno redit quarto
jubente Constantio,
Haeresim convicit illam
generali synodo.
11. Sed agente rege pravo
falsis cum episcopis,
Rursus fides Arimino
violatur oppido.
12. Tunc sacerdos regi sacros
tres libellos obtulit
Pro licentia pugnandi
contra hostes fidei.
13. Nullus tamen inde locus
datur prudentissimo,
Rege magis compellente
Pictavum regreditur.
14. Gratulantur collaudantes
universi Dominum,
Quod ecclesia doctorem,
grex pastorem recipit.
15. Non cessabat plebem sanctis
erudire monitis,
Mortuis vitam donabat,
vivis indulgentiam.
16. Filiam direxit divos
grandaevus ad thalamos
Sponsi sibi repromissi,
Jesu Christi Domini.
17. Mater natam poscit sequi
supplex a pontifice,
Quam et ipsam destinavit
splendori perpetuo.
18. Multa quidem fecit mire
vivens mirabilia,
Quae si cuncta scriberentur,
deessent, qui legerent.
19. Felix tandem miles Christi,
athleta sophisticus,
Fortis quoque agonista
migrat ad coelestia.
20. Ordines archangelorum
gaudent in coelestibus,
Coeli cives simul cuncti
adventum Hilarii.

- | | |
|---|---|
| <p>21. Quem pro nobis exorare
flagitemus Dominum,
Vitam nobis sanctam, finem
bonum, regnum tribuat.</p> | <p>22. Regnum pacis secum nobis
impetret perpetuae,
Ubi Christus secum suos
colligit in gloria.</p> |
|---|---|
23. Quod praestare Deus pater
dignetur cum filio,
Spiritus et ipse sanctus,
unus verus Dominus.

Cod. Parisiens. 196. saec. 11. A. — Cod. Parisiens. 1146 saec. 15. B. —
Brev. ms. Pictaviense saec. 16. Cod. Pictaviens. 40. C. — BC ad Nocturnum
Str. 1—6 incl. aber in 4 sechszeiligen Strophen; dann:

Trinitati summae decus, quam praesul Hilarius
Simplicem in deitate praedicavit colere,
Cui nos conjungat sanctus suis sanctis precibus.

Ad Laudes Str. 7—11, 3 + Doxol. wie vorstehend BC. — 4, 3 lucendum A. —
Str. 9—10, 3 fehlen A. — 11, 3 Arunino A, Avinino B, Arrimino C.

275. De sancto Hippolyto.

- | | |
|--|---|
| <p>1. Christe, corona gloriae,
Tuae sponsus ecclesiae,
Quam redemisti sanguine,
Exaudi preces hodie.</p> | <p>3. Solus non venit hodie
Martyr ad regem gloriae,
Sed tota cum familia
Intravit ad coelestia.</p> |
| <p>2. Hodie miles nobilis,
Confessor tui nominis.
Pro te effuso sanguine
Triumphat in certamine.</p> | <p>4. O miles salve splendide,
Salve, martyr Hippolyte,
Tuo nos nunc precamine
Commenda regi gloriae.</p> |
5. In hujus ergo martyris
Tam praeclari solemniis
Devotos nos exaudias,
O lux beata trinitas.

Psalt. et hymn. ms. S. Mariae ad Arborem saec. 15. Cod. Sanctens. Regist.
XVI. 2.

276. De sancto Honorato.

1. Praesul insignis, alme Honorate,
Hodie laetus coelitus a Christo
Regnis assumptus, memor hujus semper
Agminis esto.
2. Sicut praesentem Dominus ditavit
Insulam per te, sic tuis a cunctis
Incolas ejus protegat adversis
Precibus almis.

3. Divina quidem gratia repletus,
Sedulo Christi verus imitator
Nomine fratris decorari miris
Promeruiisti.
4. Flamine sacro plenius edoctus
Corde sincero Domino servire,
Lumen virtutum nimirum fuisti
Saeculo isto.
5. Inclitus pastor primo Lirinensis,
Speculum vitae monasticae dignum,
Post gloriosus praesul exstitisti
Arelatensis.
6. Subditos sacris instruens doctrinis,
Nexibus quoque resistere cunctis
Atque divinis parere praeceptis
Pectore miro.
7. Hoc tibi festum solemne colentes
Corde devoto tuere benignus,
Ut in obtentu possimus adversa
Vincere cuncta.
8. Praesulis hujus meritis, o Christe,
Nobis reatus indulgeas omnes,
Nos tibi semper faciens servire
Mente fideli.
9. Sit Deo patri gloria perennis
Natoque simul cum spiritu sancto,
Qui sine fine gloriatur Deus
Trinus et unus.

Brev. ms. Valentinense anni 1420. Cod. Parisiens. (Arsen.) 105. A. — Brev. Forojuliense imp. Taurinis 1495. B. — Brev. Grassense imp. Lugduni 1528. C. — 2, 2 Insula A. — 3, 1 gratia praeventus BC. — 4, 3 nimium A. — 6, 3 parcere A. — 7, 1 Nunc tibi festum BC. — 7, 3 Tui obtentu pius adversa A. — 9, 1 gloria sollemnis BC.

277. De sancto Jacobo.

Ad. Vesperas.

1. Deum deorum, regem saeculorum
Animo toto cordeque devoto
Digne laudemus atque celebremus
Inclita festa.
2. A Deo datum Jacobum beatum
Veluti rivum vitae primitivum
Hymnis adoret et teres honoret
Circulus orbis.

3. Qui viam duram ob vitam futuram
Fide munitus carpsit nec invitus
Probra perpessus solum est confessus
Astra regentem.
4. Cum jura daret et fidem plantaret,
Vota perfecit, idola dejecit,
Aegros sanavit et caecis monstravit
Coelica regna.
5. Demum nec poenis victus nec catenis
Pugil electus milesque perfectus
Coelo locatus regnat coronatus
Arce superna.
6. Mitis ac bone Jacobe patrone,
Preces attende miseros defende
Et te secutos laqueos exutos
Junge beatis.
7. Salus, honestas, virtus et potestas
Rerum rectori, summo genitori,
Qui nos plasmavit sibi que dicavit
Trinus et unus.

Brev. ms. Lubicense (ol. 62) saec. 15.

278. De sanctis Innocentibus.

Ad Vesperas.

- | | |
|---|---|
| 1. Plaude, mater ecclesia,
De infantum victoria,
Quos perimit saevitia
Nequam Herodis pessima. | 4. Nam jubet omnes parvulos
De Bethlehem confinibus,
Ut natum regem perderet,
Occidi sine numero. |
| 2. Nunc inchoant primordia,
Agnorum dantur pingua
Paranturque mysteria
Agni novelli mystica. | 5. Occultant matres genitos
Neces paventes torridas,
Sed illi cum vagitibus
Se produnt carnificibus. |
| 3. Herodes vulpes subdola
Magos sciscilatur cautius,
Ut veneretur parvulum,
Quem perdere decreverat. | 6. Maternae voces concrepant
In natorum interitu,
Vox in Rama audita est,
Terra repletur sanguine. |

7. Gloria tibi, Domine.

Diurn. ms. Benedictin. saec. 15. Cod. Parisien 10530.

279. De sanctis Innocentibus.

Ad Laudes.

- | | |
|---|---|
| <p>1. Christi redempti sanguine,
Divino fulti dogmate,
Hymnum cantando congruum
Dicamus Innocentium.</p> | <p>3. Quos Herodis perfidia
Occidit sine macula,
Moriuntur in Domino,
Confessi sunt altissimo.</p> |
| <p>2. Quid, Herodis, tam pessima
Tantorum valent funera,
Terrae reddendo corpora
In coelis captant praemia.</p> | <p>4. Noli, Rachel, cum lacrimis
Multum flere de filiis,
Moriuntur in Domino,
Qui moritur pro populo.</p> |
5. Gloria tibi, Domine.
Gloria, unigenite,
Cum patre, sancto flamine
Per saecula sine tempore.

Brev. ms. S. Trinitatis. Pictaviens. saec. 15. Cod. Semin. Pictaviens. s. n.

280. De sanctis Innocentibus.

Ad Laudes.

- | | |
|--|--|
| <p>1. Hymnum Deo decantemus
pio mentis júbilo,
Innocentum cui adstat
candidata concio
Nova semper laetabundo
citharizans modulo.</p> | <p>2. Quo adscisci mereamur
eorum collegio,
Rachelis sanctae piati
ploratu gratissimo,
Quae non optat consolari
de natorum jugulo.</p> |
|--|--|
3. Laus sit patri per aeterna
flaminique mystico,
Honor jugis perseveret
nobis nato puero,
Per quem pollet puerorum
sanguinis effusio.

Brev. ms. Catalaunense saec. 14. in. Cod. Parisiens. (Arsen), 595.

281. De s. Johanne Baptista.

- | | |
|---|--|
| <p>1. Salve, Johannes, nomine
Praesago Dei gratia,
Felix felici omine
Dictus Dei clementia.</p> | <p>3. De sterili non sterilis
Prodis proles magnifica,
Prolis pater mirabilis
Effectus vita coelica.</p> |
| <p>2. Ultra legem nascentium
Ortum praecurris gaudio,
Deum salutas omnium,
Clausus plaudis in gremio.</p> | <p>4. In coetum apostolicum
Tui translati filii
Patrem probant mirificum
Doctorem evangelii.</p> |

- | | |
|---|---|
| <p>5. In patrem pater omnium
Te specialem eligit,
Baptistae ministerium
Dum Christus a te exigit.</p> | <p>6. Tu gaudes privilegio
Prae cunctis natis hominum,
Sanctorum in collegio
Primatus per officium.</p> |
| <p>7. Trinitati deificae
Laus, honor, virtus, gloria
Johannis in mirificae
Sanctitatis memoria.</p> | |

Noct. ms. Veteris montis saec. 14. Cod. Dusseldorpiens. C. 61.

282. De s. Johanne Baptista.

Ad Completerium.

- | | |
|--|---|
| <p>1. Amice sponsi, patulas
Aures praebe psallentibus,
Ut peccatorum maculas
Fervor detergat mentibus.</p> | <p>4. Tu vitae magisterium,
Justitiae tu normula,
Schola virtutum omnium,
Tu sanctitatis formula.</p> |
| <p>2. Tu paranympheus nobilis,
Nulli secundus hominum,
Jesu sponsi spectabilis
Nos ducas ad consortium.</p> | <p>5. Tu titulus munditiae,
Virginitatis speculum,
Exemplum pudicitiae,
Prophetarum silentium.</p> |
| <p>3. Sponsum cum serto triplici
Tu comitaris gratius,
In stola cum multiplici
Gemma praefulget clarius.</p> | <p>6. Tu summa legis, angelis
Par, major quovis homine,
Lucerna mundi, judicis,
Praecursor plenus lumine.</p> |
| <p>7. Trinitati deificae
Laus, honor, virtus, gloria,
Johannis in mirificae
Sanctitatis memoria.</p> | |

Nocturnale ms. Veteris montis saec. 14. Cod. Dusseldorpiens. C. 61. A. —
Antiph. ms. Villariense saec. 13. Cod. Bruxellens. 268. add. saec. 14/15. B. —
3, 4 refulgens B.

283. In Decollatione s. Johannis B.

Ad Vesp. et Laudes.

- | | |
|---|--|
| <p>1. Beata nobis gaudia
Refert mater ecclesia,
Dum recolit insignia
Praecursoris solemnna.</p> | <p>3. Linguis refertur omnibus,
Quod rex junctis principibus
In coena discumbentibus
Hunc suis damnat artibus.</p> |
| <p>2. Ignis ardens cum lumine
Hic pro incestus crimine
Carceris in caligine
Clauditur sub ligamine.</p> | <p>4. Secreta sunt haec lubricae
Dolo moechantis publice,
Dare neci artifice
Justo perempto iudice.</p> |

- | | |
|---|---|
| <p>5. Te nunc, precor, piissime,
Ad te recurro maxime,
Ut illustres clarissime
Oculum nostrae animae.</p> | <p>6. Tu esto nostrum gaudium
Et gaudii solatium
Gubernatorque omnium,
Esto nostrum refugium.</p> |
|---|---|
7. Sit laus patri cum filio
Sanctoque flamini pio,
Sitque nostra salvatio
Baptistae deprecatio.

Brev. Vasatense imp. Vasati 1530. — 4, 3 Dare nescit artifices.

284. In Decollatione s. Johannis B.

Ad Matutinum.

- | | |
|--|---|
| <p>1. Pange, lingua, praecursoris
Palnam admirabilem,
Qui superni vas dulcoris
Vitam spreuit labilem,
Caritate redemptoris
Mortem passus flebilem.</p> | <p>4. Capitali tandem poena
Vir triumphans plectitur,
Sed matrona fide plena
Cruorem amplectitur,
Qui de justa fluens vena
Pyxide reconditur.</p> |
| <p>2. Ex Olympo distillavit
In tonantis gratia,
Quae baptistam fecundavit
Sic virtutum copia,
Quod, dum vixit, dimicavit
Pro legis justitia.</p> | <p>5. Post haec maris fluctuoso
Concussa gravamine,
Prosperatur procelloso
Quiescente turbine,
Austro flante pretioso
Patefacto sanguine.</p> |
| <p>3. Veritatis novus praeco
Callem pandens aetheris
Prohibebat regi moeche
Palam actus sceleris,
Cur diurne mansit caeco
Clausus antro carceris.</p> | <p>6. Sic matrona liberatur
A marinis fluctibus,
Urbs Vasati gloriatur
Cruoris muneribus,
Gansericus rex fugatur
Cum suis complicitibus.</p> |
7. Ergo, felix turma, psalle
His solemnitatibus,
Sic expurgans in hac valle
Mentem de criminibus,
Ut procedens recto calle
Vivas cum coelestibus.

Brev. Vasatense imp. Vasati 1530. — 3, 1 novis. — 3, 2 pendens. — 3, 6 Clausus intro. — 5, 1 haec nobis fluctuoso. — 6, 5 Gausericus. — 7, 1 O felix turma.

285. De s. Johanne Evangelista.

- | | |
|---|---|
| <p>1. Hymnum pangat solemnibus
Plebs jucunda concentibus,
Cum jubar evangelicum
Melos decet angelicum.</p> <p>2. Johannes, Dei gratia,
Patrem linguens et retia
In Galilaeae litore
Est vocatus ab aequore.</p> <p>3. Sequens Christi vestigia
Per virtutum fastigia,
A nuptiis dum destitit,
In aevum virgo perstitit.</p> <p>4. Nec vacat a mysterio,
Quod in coenae convivio
Hausit Jesu de pectore,
Quod diffudit in tempore.</p> <p>5. Verbum, quod in principio
Patris erat in gremio,
Carnem factum edocuit
Jusque nostrum asseruit.</p> | <p>6. Quem rex de cruce filium
Donat matri vicarium
Rursumque matrem sedulo
Huic commendat discipulo.</p> <p>7. Ut regni princeps solium
Johannes subit dolium,
Ferventi sed in oleo
Rore madet aethereo.</p> <p>8. Transfertur ad exsilium,
Sed non deest auxilium
De coelo sibi veniens
Ejusque curas leniens.</p> <p>9. O coeli potens aquila,
Pro omnibus invigila,
Johannes, qui te diligunt
Teque patronum eligunt.</p> <p>10. Sit decus regi gloriae,
Qui vitae transitoriae
Johannem post certamina
Transfert ad coeli culmina.</p> |
|---|---|

Brev. ms. Hollandense saec. 13. Cod. Collegii Universitatis Oxoniens. 101.

286. De s. Johanne Evangelista.

1. Tubae coelesti, clangite Johanni,
Evangelistae Domini dilecto,
Fonti sacrato gurgitis fluentis
Credite, cuncti.
2. Ille arcana penetravit verba
Hauriens lympham ex fonte superno,
De quo fluente manavit doctrinam
Corde sereno.
3. More volantis aquilae in altum
Plus petit centrum inchoans, sic verbum
Ceteris alium sermone divinum
Pandit mellitum.
4. Tempora ante patrem semper esse,
Filium ejus ad dextram sedere,
Fatetur quoque spiritum benignum
In trinitate.
5. Hic est praeclarus et lucerna ardens,
Hic non consumens sed perpetim pollens,
Hic supra pectus Domini recubans,
Virgo permanens.

6. Virginem matrem isti commendavit,
In passione filium vocavit,
Postea plures dogmate salutis
Corroboravit.
7. Tanti potentis generosi regis
Prece precemur hymniferis choris
Per quod ascendi queamus in altis
Aureis templis.
8. Triforme culmen, trinitatis decus,
Sit tibi ingens gloria perennis,
Honor ac virtus, aeterna potestas
Semper in aevum.

Brev. Piperacense anni 1440. Cod. Capit. Aniciens. s. sign. A. — Brev. S. Trinitatis Pictaviens. saec. 15. ex. Cod. Semin. Pictaviens. s. n. B. — 1, 3 Fonte A. — 3, 4 Pandit inclitum B. — 7, 1 potenti A. — 8, 1 Tu forma trinitatis B. — 8, 2 perpes gloria B.

287. De sancta Isabella.

Ad Vesp. et Laud.

- | | |
|---|--|
| 1. Nostrae matris praeconia,
Solemni digna cantico,
Devota promat filia
Cantu plaudens angelico. | 4. O quam dulce spectaculum
In nostra matre cerneret,
Qui fidei signaculum,
Ejus vultum inspiceret. |
| 2. Matris hujus religio
Et adspectus gratissimus
Monstrabant, quid de praemio
Ejus gustaret animus. | 5. Nam vultus ejus claritas
Nunquam in terra corrui,
Nec affectus benignitas
Deo praesente carui. |
| 3. Monstrant quoque miracula,
Quanta sit in coelestibus,
Morbos, pestes, pericula
Suis fugando precibus. | 6. Trinitati deificae
Laus, honor, virtus, gloria,
Qui nos matris mirificae
Coronet per suffragia. |

Antiph. ms. Longicampense saec. 15/16. Cod. Parisiens. 912. — Mel.: In coelesti collegio.

288. De sancta Isabella.

Ad Nocturnum.

- | | |
|--|--|
| 1. Clara diei gaudia
Modulizet ecclesia
In beata Isabella
Pangens coeli miracula. | 3. Infecunda caret prole
Quasi marcescens corpore,
Decreto patris luminum
Parit conventum virginum. |
| 2. Illa regum progenies
Et religionis series
Stirpem illustrem patribus
Suis ornavit actibus. | 4. Virgineus flos, lilium
Decore fulgens roseo,
Normam gerens filiarum
Adsistit coram Domino. |

- | | |
|--|---|
| <p>5. Cujus nos ipse precibus
Sua locet in dextera,
Cui laus est et gloria
Per infinita saecula.</p> | <p>6. Devicto mundi principe
Ut sidus inter sidera
In Christi pollet agmine
Felix mater Isabella.</p> |
|--|---|

Antiph. ms. Longicampense saec. 15/16. Cod. Parisiens. 912. — Mel.: Plaudetur paupercula. — Der Text lehnt sich mehrfach an den Hymnus gleichen Anfangs de s. Anna an.

289. De sancto Ivone.

Ad 1. Vesperas.

- | | |
|---|--|
| <p>1. Mater vidit in somnio,
Ivonem ejus filium
Fore sanctum eximium,
Jesu, nostra redemptio.</p> | <p>3. Ivo a pueritia
Sacrum dilexit studium,
Quem tua traxit gratia,
Deus, creator omnium.</p> |
| <p>2. Sancti Ivonis animam
Dedicavit devotio,
Accendit Christi passio,
Amor et desiderium.</p> | <p>4. Per sacra exercitia
Duxit Ivonem puerum
Deus sola clementia,
Homo in finetemporum.</p> |
5. Laus patri, proli, neumati
Sit Ivonis per merita,
Cujus attenti dogmati
Coeli cernamus munera.

Brev. ms. Andegavense saec. 15. Cod. Parisiens. 1273. A. — Brev. ms. Andegavense saec. 15. Cod. S. Genovefae Parisiens. BBL. VIII. 24. B. — Brev. ms. Andegavense saec. 15. Cod. Massiliens. Eb. 303. C. — 1, 1 Martyr vidit A. — 2, 3 Ascendit Christi A. — 5, 1 Decus patri A.

290. De sancto Ivone.

Ad Matutinum.

- | | |
|--|---|
| <p>1. Laus resonet hymnidica
In auribus fidelium,
Virtus Ivonis coelica
Praestet nobis praesidium.</p> | <p>3. Ex patria Britannica
Ivo exortum lilium
In vita beatifica
Possidet coeli solium.</p> |
| <p>2. Concordia angelica
Et beatorum omnium
Laude gaudet gratifica
Propter Ivonis praemium.</p> | <p>4. Potestas apostolica,
Clementis sexti brachium,
Canonizat authentica
Ivonem ex vi clavium.</p> |
5. Honor et laus thearchica,
Trinitas, et imperium
Sit tibi, et justifica
Nos per Ivonis bravium.

Brev. ms. Andegavense saec. 15. Cod. Parisiens. 1273. A. — Brev. ms. Andegavense saec. 15. Cod. S. Genovefae Parisiens. BBL. VIII. 24. B. — Brev. ms. Andegavense saec. 15. Cod. Massiliens. Eb. 303. C. — Brev. Andegavense imp. Rotomagi 1504. D. — 5, 2 Trinitati imperium A.

291. De sancto Ivone.

Ad Laudes.

- | | |
|---|---|
| <p>1. Hymnis laudes concrepemus
Mente salutifera
Et Ivonem collaudemus
Situm super sidera.</p> <p>2. Se super se elevavit
Adjutrice gratia
Ivo, quem Christus ligavit
Caritatis fascia.</p> | <p>3. Lectus tuus erat terra
Et lapis sub capite
Et sic carnem vicit guerra
Corde stante sospite.</p> <p>4. Ivo, fortis sicut leo,
Regalibus servulis
Solutus aufert cum tropheo
Palfredum praesulis.</p> <p>5. Pater, proles et spiritus
Nos per ejus merita
Ad coeli ducant aditus
Parcendo demerita.</p> |
|---|---|

Brev. ms. Andegavense saec. 15. Cod. Parisiens. 1273. A. — Brev. ms. Andegavense saec. 15. Cod. S. Genovefae Parisiens. BBl. VIII^o 24. B. — Brev. ms. Andegavense saec. 15. Cod. Massiliens. Eb. 303. C. — Brev. Andegavense imp. Rotomagi 1504. D.

292. De sancto Ivone.

In 2. Vesperis.

- | | |
|--|---|
| <p>1. Absit torpor, adsit vigor,
Ut Ivo sonet coelitus,
Laetis votis et devotis
Veni, creator spiritus.</p> <p>2. Clara norma, clara forma
Tibique vita tradita,
Ivo celse ac praecelse,
Mentes tuorum visita.</p> | <p>3. Jesu bone, in Ivone
Qui sedisti justitia,
Nostras mentes poenitentes
Imple superna gratia.</p> <p>4. O superne et aeternae,
Ivonis complens opera,
Illustrare, inflammare,
Quae tu creasti pectora,</p> <p>5. Duc ad altum coeli saltum
Nos Ivonis instantia,
Deus, para nunc praeclara
Beata nobis gaudia.</p> |
|--|---|

Brev. ms. Andegavense saec. 15. Cod. Parisiens. 1273. A. — Brev. ms. Andegavense saec. 15. Cod. S. Genovefae Parisiens. BBl. VIII^o 24. B.

293. De sancto Ivone.

Ad Vesp. et Noct.

- | | |
|--|---|
| <p>1. Exsultet gens catholica,
Laetetur plebs Britannica
Deo exprimens cantica,
Ivoni qui dat coelica.</p> | <p>2. Nemo posset concipere
Nec vox posset exprimere,
Quantis sit dignus laudibus,
Quantis rogandus precibus.</p> |
|--|---|

- | | |
|---|---|
| <p>3. Ab aetatis primordio
Dei se dans obsequio,
Mundi spernens divitias,
Honores et delicias,</p> <p>4. Sed coelestia sitiens,
Vera gaudia ambiens,
Sancta frequentans opera
Translatus est ad supera.</p> | <p>5. Rogemus piis mentibus,
Devotis precaminibus,
Ut ejus sacris precibus
Jungamur coeli civibus.</p> <p>6. Quod nobis Christus annuat,
Nos a peccatis abluat,
Precum ejus instantia
Dei fruamur gloria.</p> |
|---|---|

Brev. ms. Parisiense saec. 14. Cod. Parisiens. 1024. A. — Brev. ms. Turonense saec. 15. Cod. Parisiens. 1032. B. — Antiph. ms. S. Martini de Estoviano saec. 14. Cod. Parisiens. 786. C. — Brev. ms. Aniciense anni 1440. Cod. Capit. Aniciens. s. n. D. — Brev. Aurelianense imp. absque. E.

294. De sancto Ivone.

Ad Laudes.

- | | |
|--|--|
| <p>1. Jesu, redemptor saeculi,
Peccatis parce populi,
Ivoniſ sacris precibus
Nostris fayeto vocibus.</p> <p>2. Monstrant ejus austeritas
Et illibata puritas,
Quid sperabat de praemio
Non gaudens transitorio.</p> <p>3. Nullus posset per singula
Ejus crebra miracula
Narrare, quae per saecula
Lucent et clarent sedula.</p> | <p>4. Mortuos vitae reparat,
Aegros a morbis liberat,
Coelum precibus reserat
Ac daemonibus imperat.</p> <p>5. Hujus testes sunt Gallici,
Quod ad haec nequit objici,
Quae vera dicunt omnia
Ejus adjuti gratia.</p> <p>6. Ergo nos, pater inclite,
Vultu respice cernuo,
Nos majestati deicae
Cives dones perpetuo.</p> |
|--|--|

Brev. ms. Parisiense saec. 14. Cod. Parisiens. 1024. A. — Brev. ms. Turonense saec. 15. Cod. Parisiens. 1032. B. — Antiph. ms. S. Martini de Estoviano saec. 14. Cod. Parisiens. 786. C. — Brev. ms. Aniciense saec. 15. Cod. Capit. Aniciens. s. n. D. — Brev. Aurelianense imp. absque. E. — 5, 1 Cujus testes D; sunt Anglici B; sunt populi D. — Zwischen 5, 1 und 5, 2: Aquitani et Gallici B; Aquitani et Anglici CE, wodurch die Strophe fünfzeilig wird. — 5, 2 Qui ad hoc nescit objici C, quod ad hoc nescit objici E, quod de hoc nequit objici D. — 5, 3 Quidquid sed quae vera dici B; Vera dicunt omnia C; Qui vera ducunt omnia D; Qui vera dicunt omnia E. — Mel. = Exsultet gens catholica C.

295. De sancto Ivone.

Ad Vesperas.

- | | |
|--|---|
| <p>1. Gaude, mater ecclesia,
Et exsulta, Britannia,
Nam per orbem celebra
Sunt Ivonis praeconia.</p> | <p>2. Hic veri solis radius,
Praedicator egregius,
In convalescendo sobrius
Egenis erat socius.</p> |
|--|---|

- | | |
|--|---|
| <p>3. Ipsi una refectio
De praegrossis cibariis,
Nec huic plus erat socio
Quam illis erat sociis.</p> <p>4. Fidelis in obsequiis
Et justus in iudicio,
Discretus in consiliis,
Pressis erat praesidio.</p> <p>5. Intentus pio studio
In sedandis discordiis
Nullaque sibi ultio
De susceptis injuriis.</p> | <p>6. Una vultus hilaritas,
Una mentis constantia,
Quam non fregit adversitas
Nec resolvit laetitia.</p> <p>7. Assiduo circuito
Ibat praedicans populis,
Fusco contentus habitu
Sed corruscans miraculis.</p> <p>8. Sit laus trino et simplici
Deo, qui per suffragia
Ivonis tam munifici
Det nobis coeli gaudia.</p> |
|--|---|

Brev. ms. Bituricense saec. 14. Cod. Parisiens. 745. A. — Brev. ms. Parisiense saec. 15. Cod. Parisiens. 746. a. B. — Brev. ms. Parisiense saec. 14. Cod. Parisiens. 1052 C. — Brev. ms. Parisiense saec. 15. Cod. Parisiens. 1294. D. — Brev. Leonense imp. Parisiis 1516. E

296. De sancto Ivone.

Ad Laudes.

- | | |
|---|--|
| <p>1. Ivo, quis tibi debitas
Sufficit laudes solvere,
Qui ad vitam resuscitas
Vitae privatos munere.</p> <p>2. Ivo, tu flammis imperas,
Obsessos a daemoniis
Mirabiliter liberas
Tuis sanctis suffragiis.</p> <p>3. Ivo, caecos illuminas,
Claudis gressum restituis,
Rixas et bella terminas,
Pacem firmas et statuis.</p> | <p>4. Ivo, tu curas corpora
A quibusvis languoribus,
Tranquilla reddis aequora
Sedatis tempestatibus.</p> <p>5. Ivo, solvis a vinculis
Te poscentes humiliter
Et adstas in periculis
Tuos minans salubriter.</p> <p>6. Ivo, ad tuos famulos,
Quos mundi premunt aspera,
Pios convertens oculos
Nos a tot malis libera.</p> |
|---|--|

7. Laus, honor et imperium
Sit trinitati deicae,
Quae coeli magisterium
Ivoni dat mirifice.

Brev. ms. Bituricense saec. 14. Cod. Parisiens. 475. A. — Brev. ms. Parisiense saec. 14. Cod. Parisiens. 1052. B. — Brev. ms. Parisiense saec. 15. Cod. Parisiens. 1294. C. — Brev. Leonense imp. Parisiis 1516. D. — 1, 3 fehlt A. — 1, 4 Vitae fehlt A. — 5, 3 estas impartiris A. — 6, 3 converte A. — 7, 3 coeli fehlt A.

297. De sancto Ivone.

Ad Vesperas.

1. Ivo, coelorum corruscans ab alto
Orbis tenebras taetras illustrando,
Proclamat laudes personare Christo
Hymno coelesti.

2. Unum hunc, mater Hadou, peperisti,
In plebem magnum venturum fovisti,
Futurum sanctum tibi revelatum
Tu prophetasti.
3. Ortus huic mundo Haelorio patre,
Coelicolarum terrigenarumque,
Britigenarum Trecorumque plebem
Cohilarasti.
4. Honesti normam regulamque justi
Literis praestans cunctis illuxisti,
Dum Parisiis Aurelianisque
Constituisti.
5. Aeternae legis et juris humani
Zelator rectus cunctis jus dixisti,
Judex pravorum piorumque causas
Examinasti.
6. Lux vitae, morum limes et medicus,
Plebium Christi ministerque dignus,
Rector et custos et sacerdos sanctus
Esse sanxisti.
7. Omnia demum miranda fecisti
Cunctis in rebus summis, imis, quid ni,
Vitam et mortem tibi subdis omnem
Virtute Christi.
8. Rimans aeterna terrena liquisti,
Transiens Jordanem viaticum sumpisti,
Te flentes docens, nihil extimescens
Sidera adisti.
9. Unde ima sumis summo genitori
Juncta depromant gratias in omni
Unigenito flaminique sacro
Tempore saeculi.

Legenda ms. Trecorensis saec. 15. Cod. Parisiens. 1148. — 8, 2 scheint verdorben, ohne daß sich die richtige Lesart nahelegte.

298. De sancto Ivone.

Ad Laudes.

- | | |
|--|--|
| <p>1. Ivo Haelori rutilus
Velut radius illustrat
Mundum, cum ejus affectus
Et effectus pius gustat.</p> | <p>3. Triumphator in agone
Sui corporis et animae,
Potens ope et sermone
Confert aegris in utrisque.</p> |
| <p>2. Donis plenus coelestibus
Amplificatus corruscat,
Quae largiens sterilibus
Magnis fructibus venustat.</p> | <p>4. Perlustrans coeli lumina
Celsa contemplatione,
Terrae dat verbi semina
Mira conversatione.</p> |

5. Splendens miris prodigiis
Dat mundo toti gaudia,
Ipsum suis vestigiis
Pertrahens ad coelestia.

6. Trino Deo et simplici,
Laus, honor, virtus, gloria,
Qui prece patris supplici
Nobis det coeli gaudia.

Legenda ms. Trecorensis saec. 15. Cod. Parisiens. 1148.

299. De sancta Katharina.

Ad Nocturnum.

1. Congaudentes cum angelis
Et cum choris virgineis
Festum colamus virginis
Katharinae cum canticis.

4. De cujus sacro vulnere
Lac manavit pro sanguine
Hoc non venit ex ubere
Sed ex divino munere.

2. Quam Dominus in carcere
Per columbam mirifice
Sua pavit dulcedine
De dono suae gratiae.

5. Cujus lactis rigamine
Nos foveat rex gloriae,
Ut in exitu animae
Donis fruamur gloriae.

3. Hanc spiritus sic docuit
Sapienter ut decuit,
Quod in doctis praevaluit
Nec superari potuit.

6. Praesta, pater ingenite,
Et tu, fili altissime,
Cum spiritu paraclito
Qui regnas in perpetuo.

Brev. ms. saec. 14. Cod. bibl. Rossianae s. n. A. — Brev. ms. Benedictin. saec. 15. Cod. Parisiens. 1043. B. — Brev. ms. Valentinense anni 1420. Cod. Parisiens. (Arsen.) 105. C. — Brev. ms. S. Victoris Massiliens. anni 1497 (Privatbesitz). D. — Brev. ms. Tolosanum saec. 15. Cod. Tolosan. 74. F. — Brev. Pampelonense imp. Lugduni 1562. E. — Brev. Vasatense imp. Vasati 1530. F. — Brev. Tolosanum imp. Parisiis 1553. G. — 2, 1 Et quam Deus in carcere B. — 3, 4 Si superari A; superare C. — 4, 3 fehlt A. — 5, 1 actis unguimine B. — 6, 1 pater altissime B. — 6, 2 fili piissime. B.

300. De s. Laurentio Dublinensi.

In Vesperis.

1. Ab occidentis partibus
Sol splendescens virtutibus
Lucem transfundit Galliae
Antistes Dubilinae.

3. Hunc laureatum coelitus
Mira declarant opera,
Quae per ipsum dvinitus
Patrata sunt et munera.

2. Hinc laetetur Hibernia,
Sed Augensis ecclesia
Majori jam tripudio
Laudes solvat Laurentio.

4. Morbos sanat, daemonia
Fugat, defunctos suscitāt
Ac pro fide subsidia
Dari cunctis efflagitat.

5. Sit pro dono multiplici
Deo trino et simplici
Ad laudem sui praesulis
Honor in cunctis saeculis.

Brev. ms. Dublinense saec. 15. Cod. Collegii ss. Trinitatis Dublinens. B 3. 13. — 3, 1 Hinc laureatum Hs. — 4, 4 afflagitat Hs. — Die Hymnen sind ursprünglich für Eu in der Normandie gedichtet, gingen aber später unverändert in das Brevier von Dublin über.

301. De s. Laurentio Dublinensi.

Ad Laudes.

- | | |
|---|---|
| 1. Jesu, palma certantium,
Justorum certum praemium,
In laudem tui praesulis
Fac nos canoros modulis. | 4. Mundum, carnem, daemonia
Caute sibi suppeditans,
Vana sprexit et noxia
Aeterna semper meditans. |
| 2. Clarus regali sanguine
Claro datus est nomine,
Ut a lauro Laurentius
Nomen trahat jucundius. | 5. Sanctitate, miraculis,
Doctrina vivens claruit,
Sic terrae suae populis
Modis diversis profuit. |
| 3. Transcendens annos pueri
Vir factus a virtutibus,
Abbas, post praesul fieri
Dignis meretur moribus. | 6. Archipraesul egregie,
Palmam adeptus gloriae
Nobis per tua merita
Culparum laxa debita. |
7. Pro beato Laurentio
Sit Deo jubilatio,
Qui nos ipsius precibus
Supernis jungat civibus.

Brev. ms. Dublinense saec. 15. Cod. Collegii ss. Trinitatis Dublinens. B
3. 13. — 1, 4 canoros indolis Hs. — 2, 2 Clare datur Hs. — 5, 1 Quantitate miraculis Hs.

302. De sancto Lazaro.

Ad Vesperas.

- | | |
|--|---|
| 1. Amicum Dei Lazarum,
Regia stirpe genitum,
Vocemus in auxilium
Pro nobis apud Dominum. | 6. Mariaque cum crinibus
Exhibuit obsequium,
Ut imperaret mitius
Remissionem scelerum. |
| 2. Quem cum vidisset Lazarus
Suscitaturum puerum,
Adhaesit vero lumini
Invitans ad convivium. | 7. Infirmitate Lazari
Certificarunt Dominum,
Statim ipse discipulis
Manifestavit obitum. |
| 3. Quod gerebat interius
Reserans ejus animum
Pedes ejus humiliter
Appropinquans ad osculum. | 8. Gaudeo, inquit, propter vos,
Ut non sit in vos scrupulum,
Sed accedamus breviter
Et suscitemus Lazarum. |
| 4. Tunc pie gestans Dominus,
Advertens ejus meritum,
Dilectum suum Lazarum
Assumpsit in discipulum. | 9. Cum venit ergo Dominus
Ad monumentum foetidum,
Suscitavit discipulum
Quatriduanum mortuum. |
| 5. Nuntiavit sororibus
Venturum Dei filium,
Ut laeta Martha hospiti
Praepararet hospitium. | 10. Et multi, qui tunc venerant,
Glorificarunt Dominum,
Ut, quod jam ore dixerat,
Non appareret irritum. |

11. Sit trinitati gloria,
Laus, decus et imperium,
Qui suscitavit Lazarum
Ad monumentum foetidum.

Brev. ms. Eduense saec. 15. Cod. Semin. Eduens. 135. A. — Antiph. ms. Eduense saec. 15. Cod. Semin. Eduens. 150 B. — Brev. ms. Eduense saec. 15. Cod. S. Genovefae Parisiens. BBl. VIII^o 18. C. — Die Handsch. 26 von Beaune, ein Brevier von Autun aus dem 13. Jahrh., hat zum Feste des Heiligen noch die Hymnen de communi.

303. De sancto Lazaro.

Ad Nocturnum.

- | | |
|---|---|
| 1. Resuscitatus Lazarus
Exstitit Dei famulus
Prae ceteris humillimus
Et caritate fervidus. | 6. Inter quos fuit Lazarus
Cum duabus sororibus,
Maximinus cum pluribus
Verum Deum colentibus. |
| 2. Sed timore perterritus
Necis gustatae primitus
Cibis immittit cineres,
Ut esset Deo placidus. | 7. Qui impositi pelago
Et ducti ad miseriam
Recte ducente Domino
Advenerunt Marsiliam. |
| 3. Et, quae in facultatibus
Habebat cum sororibus,
Juxta doctrinam Domini
Communicarunt omnibus. | 8. Ubi fidei sarculo
Et per Dei clementiam
Exstirparunt radicitus
Idolorum nequitiam. |
| 4. Sic permanentes pauperes
In bonis temporalibus,
Ut inde forent divites
Donis Christi regalibus. | 9. Et nedum in Marsiliam
Sed per totam Provinciam
Plantaverunt ecclesiam
Ad salutem et gloriam. |
| 5. Judaeorum nequitia
Designata praesentibus
Fugavit Christi famulos
A se et suis finibus. | 10. Sit laus patri cum filio,
Sancto simul paraclito,
Qui nobis praestet gratiam
Et delictorum veniam. |

Brev. ms. Eduense saec. 15. Cod. Carpenteractens. 78. A. — Brev. ms. Eduense saec. 15. Cod. Semin. Eduens. 135. B. — Antiph. ms. Eduense saec. 15. Cod. Semin. Eduens. 150. C. — Brev. ms. Eduense saec. 15. Cod. S. Genovefae Parisiens. BBl. VIII^o 18. D.

304. De sancto Lazaro.

Ad Laudes.

- | | |
|---|---|
| 1. Egente Dei populo
Pastore in Marsiliam
Misit Christus paraclitum
In columbina specie. | 2. Qui descendit in Lazarum
Demonstrando justitiam,
Ut baptizato Domino
Praessinans amicitiam. |
|---|---|

- | | |
|---|--|
| <p>3. Dum cognovisset populus
Mentem Dei et gratiam,
Voto sua tunc dirigunt
Ad Lazari clementiam.</p> <p>4. Tunc pastor fidelissimus
Gregem pascens ad gloriam
Defertur apud Caesarem,
Quod convertisset Galliam.</p> <p>5. Caesar ergo nequissimus
Cumulando malitiam
Trahi fecit pontificem
Et caedi per nequitiam.</p> <p>6. Ut rubricati lapides
Tincti per effundentiam
Consumpsissent immaniter
Totam carnis substantiam.</p> | <p>7. Demum obscuro carcere
Per tres dies recluditur,
Post haec lata sententia
Caput sibi abscinditur.</p> <p>8. Et sic amicus Domini
Martyr ejus efficitur,
Et corona tunc gloriae
Capiti suo ponitur.</p> <p>9. In civitate propria
Sepulturae tunc traditur,
Per Giraldum episcopum
Ad Eduam perducitur.</p> <p>10. Ubi post suum transitum
Laus sua sic ostenditur,
Quod hic devote postulans
Nullus repulsam patitur.</p> |
|---|--|
11. Deo patri sit gloria,
Quae per Lazarum colitur,
Nobis dando suffragium,
Per quem salus revertitur.

Brev. ms. Eduense saec. 15. Cod. Carpenteractens. 78. A. — Brev. ms. Eduense saec. 15. Cod. Semin. Eduens. 135. B. — Antiph. ms. Eduense saec. 15. Cod. Eduens. 150. C. — Brev. ms. Eduense saec. 15. Cod. S. Genovefae Parisiens. BBL. VIII^o 18. D. — 4, 4 convertisset Marciliam A.

305. De sancto Lazaro.

Ad Vesperas.

- | | |
|---|--|
| <p>1. Veni, créator siderum,
Terge maculas scelerum
Devoti tui populi
Precibus sancti Lazari.</p> <p>2. Qui te convivam saepius
Habuit et alacrius
Recepit aede propria
Ministrante Martha pia.</p> <p>3. Hunc suscitasti, Domine,
Sacro spirante flamine,
Prece cujus nos visita
Visitatosque suscita.</p> | <p>4. Qui vitam, quam obtinuit,
Secundo nunquam timuit
Pro tuo sacro nomine
Perdere fuso sanguine.</p> <p>5. Ob hoc ipsum perpetuo
Vis pleno frui gaudio,
Quem ostendisti lacrimis
Amicum fore numinis.</p> <p>6. Laus patri sit et genito,
Decus atque paraclito,
Beatus vero Lazarus
Oret pro nobis omnibus.</p> |
|---|--|

Brev. ms. Parisiense (?) saec. 15. Cod. Parisiens. 751. A. — Brev. Illerdense imp. Illerdae 1479. B. — Brev. Forojuliense imp. Taurini 1495. C. — Brev. Aquense imp. Lugduni 1499. D. — Brev. Grassense imp. Lugduni 1528. E. — Brev. Aptense imp. Lugduni 1532. F.

306. De sancto Lazaro.

Ad Laudes.

- | | |
|---|---|
| <p>1. Martyr ad hunc, qui cordium
Secreta noscit omnium,
Pro nobis intercedere
Velis, beate Lazare.</p> <p>2. Tui precatu meriti
Regno jungamur perpeti,
Et nostro Christus pectori
Sit hoste pulso veteri.</p> | <p>3. Soluta tibi praemia
Nobis ut suffragrantia
Scutum, arcus et pharetra
Sint, pastor noster, impetra.</p> <p>4. Laus patri sit et genito,
Decus atque paraclito,
Beatus vero Lazarus
Oret pro nobis omnibus.</p> |
|---|---|

Brev. ms. Parisiense (?) saec. 15. Cod. Parisiens. 751 A. — Brev. Foro-
julienne imp. Taurini 1495. B. — Brev. Aquense imp. Lugduni 1499. C. —
Brev. Grassense imp. Lugduni 1528. D. — Brev. Aptense imp. Lugduni 1532.
E. — 1, 1 Martyr adhuc qui cordium ABCDE. — 2, 3 E nostro Christe C.

307. De sancto Lazaro.

Ad Vesperas.

- | | |
|---|---|
| <p>1. Pange, lingua, pretiosum
Lazari commercium,
Ut qui lapsus tenebrosum
In mortis supplicium
Hinc per Dei gloriosum
Sit extractus filium.</p> <p>2. Lazarus infirmabatur
Iste in Bethania,
Cum Martha famulabatur;
Cum sorore Maria
Valdeque lacrimabatur
Pro ejus miseria.</p> <p>3. Sed illarum nihil fletus
Aegrotanti sufficit,
Nam spiritus inquietus
Corpus suum despicit
Et ad Orcum sed non laetus
Iter suum perficit.</p> | <p>4. Corpus multo cum lamento
Sepulturae traditur,
Et ex hoc jam putrulentum
Foetor magnus nascitur,
Proximusque monumento
Aer jam inficitur.</p> <p>5. Nam completo quarto die
Dei adest filius,
Qui condolens morti tantae
Statuique ipsius
Affectum, quem gerit corde,
Nec retinet amplius.</p> <p>6. Flens et fremens exclamavit:
Veni foras, Lazare;
Ille statim se levavit.
Coepitque mox pergere,
Omnis plebs Deum laudavit,
Hoc potentem facere.</p> |
|---|---|
7. Sit laus Deo, summo patri,
Ejus atque filio,
Qui Lazarum de baratri
Extraxit exsilio
Collocavitque theatri
Coelestis in gaudio.

Brev. Fontebraldense imp. Parisiis. 1514.

308. De sancto Lazaro.

Ad Laudes.

- | | |
|---|---|
| 1. Postquam fuit revocatus
Lazarus a fovea,
Dignitatem praesulatus
Huic divina gratia
Dedit, nec Deo ingratus
Viva vixit hostia. | 3. Corpus suum macerabat
Paucis fruens dapibus,
Multum tamen erogabat
Domini pauperibus
Eumque semper orabat
Pro commissis ovibus. |
| 2. Humilis, prudens, pudicus
Manu gessit baculum
Cunctisque factus amicus
Recte rexit populum,
Clericus hunc et laicus
Dei sensit famulum. | 4. In hac tanta bonitate
Perseverans ut pius,
A mundi calamitate
Translatus est altius,
Regnans in aeternitate
Cum Domino ipsius. |
| 5. Patri sit omnipotenti
Laus ejusque genito,
Ex utroque procedenti
Sit honor paraclito,
Coelique semper regenti
Consortio inclito. | |

Brev. Fontebraldense imp. Parisiis. 1514. — 3, 6 commissis omnibus. —
5, 5 semper regnanti.

309. De sancto Lazaro.

- | | |
|--|--|
| 1. Ecce factum mirabile
Et in clero laudabile,
Quod contigit in Edua,
Civitate ingenua. | 6. Doctus Ursus ita fecit,
Nam quem lepra sic infecit,
Christi virtus mox refecit
Propter Lazari merita |
| 2. Quidam archidiaconus,
Ecclesiae doctor bonus,
Ortus praeclaro semine,
Ursus dictus est nomine. | 7. O quam felix es, Edua,
Laude digna perpetua
In saeculorum saecula
Per Lazari miracula. |
| 3. Lepra pertusus nimia
Non invenit remedia,
Toto deformis corpore
Longo sic vixit tempore. | 8. Ursus sumpta licentia
Sanus redit ad propria,
Redeunti plebs obvia
Occurrit cum laetitia. |
| 4. De salute sollicitus,
Sed jam desperans penitus,
In visione monitus
Fertur esse divinitus, | 9. Viso tanto miraculo
Tam a clero quam populo,
Lazarus a Remensibus
Dignis effertur laudibus. |
| 5. Ad Eduam ut veniat,
Ut, quod quaerit, inveniat,
Ubi Lazarus conferat
Salutem, quam desiderat. | 10. Nos ergo laudes Lazari
Voce pangamus hilari,
Lazarumque cum gaudio
Nostra collaudat concio. |

11. Insistentes tuae laudi,
O Lazare, nos exaudi,
Ut laudantes nomen tuum
Laetemur in perpetuum.

12. Trinae sit laus unitati,
Sit laus simplae trinitati,
Laus personis in usia,
Laude resultent omnia.

Brev. ms. Cluniacense saec. 15: Cod. S. Genovefae Paris. BBL. VIII^o 15. —
Str. 1—7 + Doxol. ad Vesp. et Noct.; Str. 8—11 + Doxol. ad Laudes.
Das Ganze ist indes nur ein Hymnus. — 1, 3 contingit Hs.

310. In Revelatione s. Lazari.

Ad Vesperas.

1. Exsultet cum tripudio
Civitas Eduensium
In Lazari solemnio,
Qui comes est coelestium.

4. Dum festo Lazari pio
Evangelium canitur,
Auditus, lingua, ratio
Jorando restituitur.

2. Hunc gens afferens posuit
Sub arbore diu sicca,
Statim virescens floruit
In ipsius praesentia.

5. Hac hora dum capsula ruit
Rachonis super plurimos,
Nullus laesus inde fuit,
Cum haberet tres cubitos.

3. Hic Lazarus, martyr Dei,
Praecelluit miraculis,
Ursus preces fundens ei
A lepra spoliatur bis.

6. Castrum Caminum, gaudeas,
Cum mutum a cunabulis
Recte loquentem habeas
Nostri Lazari meritis.

7. Sit trinitati gloria,
Patri, nato cum flamine,
Qui Lazari prece pia
Nos purget omni crimine.

Brev. ms. Eduense saec. 15. Cod. Carpenteractens. 78. A. — Brev. ms. Eduense saec. 15. Cod. Semin. Eduens. 135. B. — Antiph. ms. Eduense saec. 15. Cod. Semin. Eduens. 150. C. — Brev. ms. Eduense saec. 15. Cod. S. Genovefae Parisiens. BBL. VIII^o 18. D.

311. In Revelatione s. Lazari.

Ad Nocturnum.

1. Omnes Eduae clerici
Hymnum Lazaro canite,
Miracula, quae fecit hic,
Concinendo exprimate.

4. Onerati plaustris rota
Adellerino non obfuit,
Nulla laesionis nota
Membris ejus apparuit.

2. Infans lumine privatus
Videt, ludit atque ridet
Cum pomis et cum nucibus,
Quae pavementum possidet.

5. Zona damnum sustinuit,
Hoc est dictu mirabile,
Quia tripartita fuit
Dicto Lazari nomine.

3. Dextrum latus cum brachio
Paralysis percusserat
Sauxae, cujus oratio
Utroque morbo liberat.

6. Laus, honor, virtus, gloria
Sit patri, nato, flamine,
Qui nos facit solemnia
Colere sancti Lazari.

Brev. ms. Eduense saec. 15. Cod. Carpentoractens. 78. A. — Brev. ms. Eduense saec. 15. Cod. Semin. Eduens. 135. B. — Antiph. ms. Eduense saec. 15. Cod. Semin. Eduens. 150. C. — Brev. ms. Eduense saec. 15. Cod. S. Genovefae Parisiens. BBl. VIII^o 18. D. — 5, 3 triperita B. — 6, 2 patri natoque A.

312. In Revelatione s. Lazari.

Ad Laudes.

- | | |
|--|--|
| 1. Gaude gaudenter, Edua,
Quatriduanum possidens,
Pro quo plura miracula
Nobis fecit omnipotens. | 4. Exclamat infans mortuus
Scamno se volens inniti,
Insano pessimo sensus
Redit Hugoni militi. |
| 2. Surgere fecit contractum
Anedilias projectus
Dentibus, nervis trepidum
Offert statuale rectus. | 5. Alter Hugo monoculus
Post caecus non immerito,
Est statim illuminatus
Se precibus exposito. |
| 3. Linguae, pedum ac manuum
Percussorum paralysi
Revertitur officium
Deprecanti Beatrici. | 6. Lingua, mens, cor et spiritus
Noster, Lazarum poscite,
Ut erga nos sit hic pius,
Qui manet in trinitate. |

Brev. ms. Eduense saec. 15. Cod. Carpentoractens. 78. A. — Brev. ms. Eduense saec. 15. Cod. Semin. Eduens. 135. B. — Antiph. ms. Eduense saec. 15. Cod. Semin. Eduens. 150. C. — Brev. ms. Eduense saec. 15. Cod. S. Genovefae Parisiens. BBl. VIII^o 18. D. — 2, 2 Anedilias A. — 2, 4 Affert A; aufert D. — 6, 2 Nostrum Lazarum A.

313. De sancto Leonharde.

Ad Laudes.

1. Deo demus grates, hymnos, laudes,
Leonharde, gaudeas et laudes,
Rex quem laudat tua gaudens laude,
Te laus laudum laudat, ergo gaude.
2. Os, cor, vita nostra laudet Deum,
Vir laudande, fac hoc laudans eum,
Ut laudemus, quem laudamus, digne,
Vitiorum solve nos ab igne.
3. Sit laus Deo, summo genitori,
Sit laus Christo, nostro salvatori,
Sit laus sancto tristes consolanti,
Uno Deo trino permanenti.

Brev. ms. Nobiliacense saec. 13. Cod. Burdigalens. 85. — 1, 1 damus Hs. — 1, 3 gaudes H. — 3, 1 summo fehlt Hs.

314. De sancto Liborio.

- | | |
|---|---|
| <p>1. Lux est sollemnis hodie,
Mundi laetetur machina,
Liborii memoriae
Coeli congaudent agmina.</p> <p>2. Illustri de prosapia
Gallorum qui progenitus,
Excrevit elegantia
Virtutum stirpem penitus.</p> <p>3. Benigne, sancte, sobrie
Sese regens in omnibus,
Praefectus est ecclesiae
Praesul regendis ovibus.</p> <p>4. O dignitas eximia,
Quam meruit divinitus,
Praesidia sublimia
Sunt, quae praestat humanitus.</p> | <p>5. Revera non huic demitur
Virtus impetratoria,
Cui tot signorum traditur
Notissima memoria.</p> <p>6. Inter quae fugans daemones
Obsessis a corporibus,
Quam plures curat homines
A variis languoribus.</p> <p>7. Virtus viri tam celebris
Et jugis interventio
Salvet nos ab illecebris
Et coeli jungat gaudio.</p> <p>8. Sit tibi virtus, gloria,
Laus, personarum trinitas,
In quibus nil per omnia
Quam numinis est unitas.</p> |
|---|---|

Brev. Paderbornense imp. Lipsiae 1513.

315. De sancta Lucia.

- | | |
|---|---|
| <p>1. Conditor alme virginum
Et detestator criminum,
Castae mentis consilium,
Audi voces fidelium.</p> <p>2. Hujus sacratae virginis,
Quae labem nescit criminis,
Plebs celebret martyria
Et sempiterna praemia.</p> <p>3. Virgo flammis exurit,ur,
Ferro guttur transfigitur,
Totum corpus dat pretium,
Ut pertingat ad bravium.</p> | <p>4. Poenas cucurrit fortiter
Et sustulit viriliter,
Verens mundi voraginem
Pro Christo fudit sanguinem.</p> <p>5. Sicque forti potentia
Christi favente gratia
Terrena spernens praedia
Coelorum intrat gaudia.</p> <p>6. Laus, honor, virtus, gloria
Deo patri et filio,
Sancto simul paraclito
In sempiterna saecula.</p> |
|---|---|

Brev. Noviomense imp. Parisiis 1515.

316. De sancto Ludgero.

- | | |
|---|---|
| <p>1. Confessor dignissime,
Nos lapsos clemens respice,
Laetentur inculpabiles,
Per te sanentur fragiles.</p> | <p>2. Beata generatio,
Fecunda tali filio,
Sit felix illa civitas,
Quam rexit hujus pietas.</p> |
|---|---|
3. Laus, honor, virtus, gloria
Deo patri et filio
Una cum sancto spiritu
In sempiterna saecula.

Brev. Monasteriense imp. s. l. 1497.

317. De sancto Ludovico.

Ad Vesperas.

- | | |
|--|--|
| 1. Gaude, mater ecclesia,
Novae laudis praeconio,
Quam Ludovici gloria
Solemni replet gaudio. | 4. Fraus, furor, violentia
Relegantur a subditis,
Signa corruscant varia
Virtutum ejus meritis. |
| 2. De regno terrae vehitur
Ad regni coeli solium,
Cujus vita dignoscitur
Forma virtutum omnium. | 5. Pro corona justitiae
Jam coronatus gloria,
Nostrae memor miseriae
Coeli procuret praemia. |
| 3. Fide purus, spe patiens
Et caritate fervidus,
Omnipotenti largiens,
Pius, pudicus, providus. | 6. Trino Deo et simplici
Laus, honor, virtus, gloria,
Qui nos regis mirifici
Coronet per suffragia. |

Brev. ms. Bituricense saec. 14. Cod. Parisiens. 745. A. — Brev. ms. Parisiense saec. 15. Cod. Parisiens. 746. B. — Brev. ms. Parisiense saec. 15. Cod. Parisiens. 746 a. C. — Brev. ms. Lexoviense saec. 15. (Privatbesitz.) D.

318. De sancto Ludovico.

Ad Matutinum.

- | | |
|--|--|
| 1. Nova regis praeconia
Solemni digna cantico
Devota promat Francia
Cantu plaudens angelico. | 4. O quam dulce spectaculum
In Ludovico cerneret,
Qui virtutis signaculum,
Ejus vultum inspiceret. |
| 2. Regis hujus religio
Et adspectus gratissimus
Monstrabat, quid de praemio
Ejus gustaret animus. | 5. Nam vultus ejus claritas
Nunquam in terra corrui,
Nec affectus benignitas
Deo praesente caruit. |
| 3. Monstrant quoque miracula,
Quantus sit in coelestibus,
Morbos, pestes, pericula
Suis fugando precibus. | 6. Trino Deo et simplici
Laus, honor, virtus, gloria,
Qui nos regis mirifici
Coronet per suffragia. |

Brev. ms. Bituricense saec. 14. Cod. Parisiens. 745. A. — Brev. ms. Parisiense saec. 15. Cod. Parisiens. 746. B. — Brev. ms. Parisiense saec. 15. Cod. Parisiens. 476 a. C. — Brev. ms. Lexoviense saec. 15. D.

319. De sancto Ludovico.

Ad Laudes.

- | | |
|---|--|
| 1. Hymnum novae lactitiae
Regi canamus omnium,
Qui sancto regi Franciae
Novi dat regni solium. | 2. Ludovicus ex nomine
Lucis dator exprimitur,
Et custos in certamine
Praesentis vitae ponitur. |
|---|--|

- | | |
|---|--|
| <p>3. Crucis hostes concutiens,
Concussus aegritudine,
Vitam invenit moriens
Tali felix certamine.</p> <p>4. Nam sic in vita viguit,
Ut patiando vinceret,
Et hoc in morte meruit,
Ut moriendo viveret.</p> | <p>5. Vivit ergo feliciter
Rex Francorum in gloria,
Quem Christus singulariter
Sua replevit gratia.</p> <p>6. Trino Deo et simplici
Laus, honor, virtus, gloria,
Qui nos regis mirifici
Coronet per suffragia.</p> |
|---|--|

Brev. ms. Bituricense saec. 14. Cod. Parisiens. 745. A. — Brev. ms. Parisiense saec. 15. Cod. Parisiens. 746. B. — Brev. ms. Parisiense saec. 15. Cod. Parisiens. 746 a. C. — Brev. ms. Lexoviense saec. 15. D. — 4, 1 Nam sicut A.

320. De sancto Ludovico.

Ad Vesperas.

- | | |
|--|--|
| <p>1. Pulset coelum laus amoena,
Laus cunctorum fidelium,
Moduletur vox serena
Ludovici praeconium.</p> <p>2. Ludovicus infantulus
Devotae mentis studio
Coepit vacare sedulus
Virtutum exercitio.</p> | <p>3. Fide constans, spe subvectus,
Caritatis operibus
Digne vacans est electus
Ex profectorum milibus.</p> <p>4. Omnem reatum animae,
Quem contraxit humanitus,
Piae laverunt lacrimae
Simul et maris transitus.</p> <p>5. Omnis spiritus invocet
Supernum regem inclitum,
Qui nos in regno colloceat
Per Ludovici meritum.</p> |
|--|--|

Brev. ms. S. Germani a Pratis saec. 14. Cod. Parisiens. 13239. A. — Brev. ms. S. Dionysii saec. 14/15. Cod. Oxoniens. Miscell. Liturg. 192. B. — Brev. S. Dionysii imp. Parisiis 1550. C.

321. De sancto Ludovico.

Ad Nocturnum.

- | | |
|---|--|
| <p>1. Nocturni cursus tempore
Devota mens evigilet,
Casto producta corpore
Vox indefessa jubilet.</p> <p>2. Genti Francorum oritur
Laudis novellae gaudium,
Ludovicus assequitur
In coelo thronum regium.</p> | <p>3. Post laborem exilii,
Post virtutum congeriem
Viam currens compendii
Ad beatorum requiem.</p> <p>4. Quod vidit aenigmaticae
Carnis clausus ergastulo,
Sublato videt obice
Lucis aeternae speculo.</p> <p>5. Omnis spiritus invocet.</p> |
|---|--|

Brev. ms. S. Germani a Pratis saec. 14. Cod. Parisiens. 13239. A. — Brev. ms. S. Dionysii saec. 14/15. Cod. Oxoniens. Miscell. Liturg. 192. B. — Brev. S. Dionysii imp. Parisiis 1550. C.

322. De sancto Ludovico.

In Laudibus.

- | | |
|---|--|
| 1. Laus matutina suscitet
Somnolentos ad cantica,
Psallentium vox recitet
Gesta regis magnifica. | 3. Mentis monstrat modestiam
Vultus ejus angelicus,
Moderatam molestiam
Status regni pacificus. |
| 2. Principibus prae ceteris
Magnificat humilitas,
In adversis et prosperis
Mira mentis aequalitas. | 4. Sectatorem modestiae
Collaudent viri simplices,
Zelatorem justitiae
Commendent viri iudices. |
5. Omnis spiritus invocet.

Brev. ms. S. Germani a Pratis saec. 14. Cod. Parisiens. 13239. A. —
Brev. ms. S. Dionysii saec. 14/15. Cod. Oxoniens. Miscell. Liturg. 192. B. —
Brev. S. Dionysii imp. Parisiis 1550. C.

323. De sancto Ludovico.

Ad Vesperas.

- | | |
|--|--|
| 1. Gaudet chorus fidelium
Pro Ludovici gloria,
Coelestium, terrestrium,
Tota simul ecclesia. | 3. Regnum sprexit et omnia
Christi sequens vestigia,
Non pepercit divitiis,
Non uxori, non filiis. |
| 2. Hic puer simplex, docilis,
Adolescens amabilis,
Juvenis fide ferbuit,
Pro qua se senex posuit. | 4. De navi, quam ascenderat,
Ut transfretaret maria,
Tres natos, quos assumpserat,
Hortatur ad similia. |
5. Gloria tibi, Domine,
Qui simul in hoc homine
Exemplum das mortalibus
Et gaudium coelestibus.

Brev. ms. Mariae de Valentia, Comitissae de Pembroke, saec. 14. Cod. Cantabrigiens. Dd V 5. A. — Brev. ms. Card. Borbonii saec. 16. Cod. Parisiens. 1288. B. — Brev. ms. Ebroicense saec. 15. Cod. Ebroicens. 12. C. — Brev. ms. Franciscan. saec. 15. Cod. Turonens. 143. D. — Brev. ms. Gallicum saec. 15. Cod. Londinens. Harl. 2864. E. — 1, 1 Gaude chorus BD.

324. De sancto Ludovico.

Ad Nocturnum.

- | | |
|---|--|
| 1. In coelesti collegio
Ludovicus suscipitur,
Pro cujus natalitio
Festivitas haec agitur. | 3. Cum Christo ab infantia
Excrevit misratio,
Pro qua potitur gloria
In sanctorum collegio. |
| 2. Majestate rex inclitus,
Honestate compositus,
Hunc abscondit humilitas,
Quem revelavit caritas. | 4. Hic recreator pauperum
Collatione munerum
Et informator procerum
Perfectione operum. |

5. Sit laus patri ingenito
Natoque ejus unico,
Sancto simul paracrito,
Qui, haec dedit Ludovico.

Brev. ms. Comitissae de Pembroke saec. 14. Cod. Cantabrigens. Dd V. 5.
— Brev. ms. Cardin. Borbonii saec. 16. Cod. Parisiens. 1288. B. — Brev.
ms. Ebroicense saec. 15. Cod. Ebroicens. 12. C. — Brev. ms. Franciscan. saec.
15. Cod. Turonens. 143. D. — Brev. ms. Gallicum saec. 15. Cod. Londinens.
Harl. 2864. E.

325. De sancto Ludovico.

Ad Laudes.

- | | |
|---|--|
| 1. Beata nobis gaudia
Nostri regis dant merita,
Pro cujus tanta gloria
Laudum solvamus debita. | 4. Mutus, surdus recuperat
Verbum simul et auditum,
Et, qui visum amiserat,
Lumen recipit perditum. |
| 2. Ad sacrum ejus tumulum,
Ubi fiunt miracula,
A struma super oculum
Liberatur juvencula. | 5. Illic plenae sanitati
Redduntur epilentici,
Contracti et fistulati
Multique paralitici. |
| 3. Anus annis quadraginta
Tremula toto corpore,
Annorum jam sexaginta,
Redit resumpto robore. | 6. Patri, nato, paracrito
Decus, honor et gloria,
Qui Ludovici merito
Tanta fecit magnalia. |

Brev. ms. Comitissae de Pembroke saec. 14. Cod. Cantabrigens. Dd V
5. A. — Brev. ms. Card. Borbonii saec. 16. Cod. Parisiens. 1288. B. — Brev.
ms. Ebroicense saec. 15. Cod. Ebroicens. 12. C. — Brev. ms. Franciscan.
saec. 15. Cod. Turonens. 143. D. — Brev. ms. Gallicum saec. 15. Cod. Lon-
dinens. Harl. 2864. E. — 2, 3 A struma E. — 5, 2 Reddantur epilepsia B.

326. In Translatione s. Ludovici.

Ad Vesperas.

- | | |
|---|--|
| 1. Studeamus attollere
Ludovicum ex viribus,
Quem scimus Dei munere
Dignum devotis laudibus. | 3. Bis pro fide Christiana
Transfretavit, quem graviter
Captum duxit gens profana,
Quod pertulit humiliter. |
| 2. Ab aetatis primordiis
Fecit hunc mater imbui
Moribus et scientiis
Et studere profectui. | 4. Fidem in reverentia
Semper habere studuit
Nec in hanc indecentia
Verba proferri voluit. |
| 5. Quaesumus, auctor omnium,
In tanti festi gaudio
Sit nobis in subsidium
Ludovici translatio. | |

Brev. ms. Parisiense saec. 15. Cod. Parisien. 746 a. A. — Brev. ms.
Parisiense saec. 14. Cod. Parisiens. 1024. B.

327. In Translatione s. Ludovici.

Ad Matutinum.

- | | |
|---|--|
| 1. Jucundetur ecclesia
Dulce producens canticum,
De cujus horto lilia
Fructum reddunt mirificum. | 3. De quieto regimine
Gloriabantur subditi,
Nullo pressi gravamine
Tutela regis incliti. |
| 2. Fructu vitae jam vescitur
Ludovicus in gloria,
Cujus vitae dignoscitur
Resplenduisse gratia. | 4. Impendebat obsequium
Infirmis et debilibus,
Non negans beneficium
Personis indigentibus. |
5. Quaesumus, auctor omnium.

Brev. ms. Parisiense saec. 15. Cod. Parisien. 746 a. A. — Brev. ms. Parisiense saec. 14. Cod. Parisiens. 1024. B.

328. In Translatione s. Ludovici.

Ad Laudes.

- | | |
|--|--|
| 1. Hymnum dicant cum gaudio
Cuncti coetus ecclesiae,
Sedet in coeli solio
Ludovicus rex Franciae. | 3. Sumpto crucis signaculo
Captus ab infidelibus
Cultu colebat sedulo
Deum verbis et actibus. |
| 2. In praeceptis Dominicis
Apponens diligentiam
Sedensque sede judicis
Dissipabat malitiam. | 4. Mors timetur ab omnibus
Nave collisa subito,
Sed liberantur precibus
Pii regis et merito. |
5. Quaesumus, auctor omnium.

Brev. ms. Parisiense saec. 15. Cod. Parisiens. 746 a. A. — Brev. ms. Parisiense saec. 14. Cod. Parisiens. 1024. B.

329. De sancto Ludovico.

Ad Primam.

- | | |
|---|--|
| 1. Jam lucis orto sidere
Ludovicum ex viribus
Studeamus attollere
Dignum devotis laudibus. | 2. Ab aetatis primordiis
Fecit hunc mater imbui
Virtutibus, scientiis
Et studere profectui. |
|---|--|
3. Praesta, pater piissime,
Ludovici suffragiis
Splendorem lucis intimae
Quo purgemur a vitiis.

Brev. ms. Xanctonense (?) saec. 15. Cod. Parisiens. 13233.

330. De sancto Ludovico.

Ad Tertiam.

- | | |
|-------------------------------|-----------------------------|
| 1. Nunc sancte nobis spiritus | 2. Dum hic adhuc adolescens |
| Laudis praebe materiam, | Studeret conscientiae, |
| Nam Ludovicus inclitus | Semper in virtute crescens |
| Jam coeli tenet gloriam. | Rex est effectus Franciae. |

3. Praesta, pater piissime.

Brev. ms. Xanctoniense (?) saec. 15. Cod. Parisien. 13233.

331. De sancto Ludovico.

Ad Sextam.

- | | |
|-------------------------------|------------------------------|
| 1. Rector potens, verax Deus, | 2. Bis pro fide Christiana |
| Amore tui nominis | Transfretavit, quem graviter |
| Dimittit rex spontaneus | Captum duxit gens profana, |
| Terram sui regiminis. | Quod portavit humiliter. |

3. Praesta, pater piissime.

Brev. ms. Xanctonense (?) saec. 15. Cod. Parisien. 13233.

332. De sancto Ludovico.

Ad Nonam.

- | | |
|----------------------------|------------------------|
| 1. Rerum Deus, tenax vigor | 2. Fidem in reverentia |
| Ludovicum justitiae, | Semper habere studuit, |
| Semper sociavit rigor | Nec in hanc indecentia |
| Cum virtute clementiae. | Verba proferre voluit. |

3. Praesta, pater piissime.

Brev. ms. Xanctonense (?) saec. 15. Cod. Parisien. 13233.

333. De sancto Ludovico.

Ad Completorium.

- | | |
|----------------------------|---------------------------|
| 1. Te lucis ante terminum, | 2. Quod finito certamine |
| Christe, sacramentaliter | Vivat nunc rex in saecula |
| Recepit rex et Dominum | Cum beatorum agmine, |
| Confessus est humiliter. | Probant plura miracula. |

3. Praesta, pater piissime.

Brev. ms. Xanctonense (?) saec. 15. Cod. Parisien. 13233.

334. De s. Ludovico Episcopo.

In 1. Vesperis.

- | | |
|---|---|
| 1. Aurea sacro
Rorida nimbo
Lilia morum
In Ludovico
Praesule sancto
Clare nitescunt. | 4. Stirpe serenus,
Tempore parvus,
Carne tenellus
Aspera frangit,
Mollia linquit,
Coelica quaerit. |
| 2. Nam Ludovici,
Regis alumni,
Praesulis almi,
Floris odorem
Vitae suavem
Fundit in orbem. | 5. Regna refutat,
Gaudia mundi,
Fune peroptat
Paupere cingi,
Cinctus amore
Fune salubri. |
| 3. Conterit hostes
Mitior agno,
Foeda perhorret
Mundior auro,
Spernit honores
Dignior astro. | 6. Gloria patri
Cunctipotenti,
Gloria proli
Cuncta regenti,
Gloria luci
Pneumatis almi. |

Brev. Romanum imp. Venetiis 1521.

335. De s. Ludovici Episcopo.

Ad Matutinum.

- | | |
|---|--|
| 1. Plantula regum
Credita terris,
Virgula florum
Actibus almis
Coelicum fructum
Multiplicavit. | 4. Praedicat, orat,
Crimina damnat,
Dogmate rorat,
Arguit artans,
Obsecrat instans,
Increpat obstans. |
| 2. Pectore purus,
Corpore castus,
Mente corruscus,
Per sacra totus
Fit Ludovicus
Gesta sacratus. | 5. Fons probitatis,
Cor bonitatis,
Mel pietatis,
Donat egenos,
Visitat aegros
Palpat et ipsos. |
| 3. De cruce pensans,
In cruce mirans,
Cum cruce plorans
Foedere fixo
Concrucifixus
Fit crucifixus. | 6. Gloria patri
Cunctipotenti,
Gloria proli
Cuncta regenti,
Gloria luci
Pneumatis almi. |

Brev. ms. Franciscan. saec. 15. Cod. Parisiens. 1314. A. — Brev. Romanum imp. Venetiis 1521. B.

336. De s. Ludovico Episcopo.

Ad Laudes.

- | | |
|---|--|
| 1. Stella corruscat,
Lumina monstrat
Lux Ludovicus,
Lumina praestat
Signaque parat
Coelica virtus. | 4. Organa mutis,
Tempora surdis
Apta ministrat,
Corpora clauda
Fortia reddit,
Monstra reformat. |
| 2. Languida sanat
Membraque curat
Subdita guttae,
Morbida servat,
Mortua donat
Corpora vitae. | 5. Optime frater,
Summe sacerdos,
Inclite praesul,
Munera nobis
Posce salutis,
Pastor amoene. |
| 3. Femina morbo
Capta caduco
Credula sancto
Supplicat instans,
Sed pius illam
Liberat orans. | 6. Gloria patri
Cunctipotenti,
Gloria proli
Cuncta regenti,
Gloria luci
Pneumatis almi. |

Brev. ms. Franciscan. saec. 15. Cod. Parisiens. 1314. A. — Brev. Romanum imp. Venetiis 1521. B.

337. De sancto Ludovico Ep.

Ad Primam.

- | | |
|---|---|
| 1. Jam lucis orto sidere
Novella stella rutilat,
Dulcis camoena jubilat
Ludovicum in aetere. | 2. Deo trino sit gloria,
Qui [fecit] suo munere
Ludovicum clarescere
Per opera magnalia. |
|---|---|

Brev. ms. Xanctonense (?) saec. 15. Cod. Parisiens. 13233.

338. De sancto Ludovico Ep.

Ad Tertiam.

- | | |
|---|--|
| 1. Nunc sancte nobis spiritus
Amoris ignemingere,
Per quem fecisti scandere
Ludovicum divinitus. | 2. Praesta, beata trinitas,
Ut Ludovici precibus
Cunctis insit fidelibus
Pacis nexus et unitas. |
|---|--|

Brev. ms. Xanctonense (?) saec. 15. Cod. Parisien. 13233.

339. De sancto Ludovico Ep.

Ad Sextam.

- | | |
|---|---|
| 1. Rector potens, verax Deus,
Tua lux istum praesulem
A mundo facit exsulem,
Ut ad te currat igneus. | 2. Deo trino sit gloria,
Qui fecit suo munere
Ludovicum clarescere
Per opera magnalia. |
|---|---|

Brev. ms. Xanctonense (?) saec. 15. Cod. Parisien. 13233.

340. De sancto Ludovico Ep.

Ad Nonam.

- | | |
|--|--|
| 1. Rerum Deus, jus, ratio,
Tu doces mentem nobilem,
Ut chorda cingat humilem
Spreto regali solio. | 2. Praesta, beata trinitas,
Ut Ludovici precibus
Cunctis insit fidelibus
Pacis nexus et unitas. |
|--|--|

Brev. ms. Xanctonense (?) saec. 15. Cod. Parisien. 13233.

341. De sancto Ludovico Ep.

Ad Completorium.

- | | |
|---|--|
| 1. Jesu, fida custodia,
Custodi nos salubriter
Et fac nos sequi jugiter
Ludovici vestigia. | 2. Praesta, beata trinitas,
Ut Ludovici precibus
Cunctis insit fidelibus
Pacis nexus et unitas. |
|---|--|

Brev. ms. Xanctonense (?) saec. 15. Cod. Parisien. 13233.

342. De sancto Lupo.

Ad Vesperas.

- | | |
|---|---|
| 1. Trecassinorum antistitem,
Virtute Christi nobilem,
Lupum, beatum praesulem,
Canamus nunc suppliciter. | 4. Languida de paralysi
Quaedam jacens aegerrima
Sancti precans oraculum
Surgens stetit vestigio. |
| 2. Clarus licet natalibus,
Sed clarior virtutibus
Prolatus est, insignia
Processit per miracula. | 5. Mutae puellae pristinum
Reformat pius organum,
Et clausa quae jam non erat,
Vox est loquendi reddita. |
| 3. Qui Attilano tempore
Totam oppressam Galliam
Dum bella cuncta perderent,
Orando Trecas muniit. | 6. Clarissimumque Claudium,
Germani namque filium,
Tristem propinquo funere
Morti repente subtrahit. |

- | | |
|--|---|
| <p>7. Cuidam visendo debili
Manus pedesque reddidit
Et visitato publice
Orando morbus effugit.</p> | <p>8. Iste sacer mysteriis
Repletus astra possidens
Pro plebe promptus suggerat
Et liberet periculis.</p> |
|--|---|
9. Gloria sit Deo patri.
 Gloria unigenito
 Una cum sancto spiritu
 In sempiterna saecula.

Brev. ms. Trecense saec. 12. Cod. Trecens. 571. A. — Brev. ms. Trecense saec. 15. Cod. Trecens. 1847. B. — Brev. ms. S. Lupi Trecens. anni 1515. Cod. S. Genovefae Parisiens. BBL. VIII. 23. C. — Brev. ms. S. Lupi Trecens. anni 1511. Cod. S. Genovefae Parisiens. BBL. VIII. 23². D. — Ad Vesperas A; ad Laudes C. — 3, 1 Quartillano tempore A. — 3, 3 sq. citiert Beda in seinem Martyrologium und beweist dadurch das Alter des Hymnus: „Eodem die depositio S. Lupi episcopi de Trecas... qui tempore Attilae, qui Galliam vastabat, sicut in Hymno ejus canitur: Dum bella cuncta perderent, orando Trecas muniit.“

343. De sancto Lupo.

Ad Nocturnum.

- | | |
|--|---|
| <p>1. Pange, lingua, gloriosi
Lupi nunc solemnia,
Patris nati generosi
De linca regia,
Cujus actus generosi
Vigent ab infantia.</p> <p>2. Prudens fuit et quietus,
Omni placens homini
Sanctitateque repletus,
Nulli vacans crimini,
Nunc cum sanctis regnat laetus
In conspectu Domini.</p> <p>3. Praesul fuit sublimatus
In urbe Trecassina,
Scripturas est amplexatus
Cum divina pagina,
Miranda res, uxoratus
Virgo fit cum femina.</p> <p>4. Innumeris aegris fecit
Lupus adjutoria,
Signo crucis hic ejecit
A multis daemonia,
Desolatis non defecit
Conferre solatia.</p> | <p>5. Britannia damnabatur
Per haeresin publicam,
Fide Lupi revocatur
Ad fidem catholicam,
Tanta virtus Lupo datur,
Vim vincit haereticam.</p> <p>6. Memorium tumulavit
Cum sacro collegio,
Signo crucis penetravit
Saxones in proelio,
Hos fugavit, liberavit
Trecas ab incendio.</p> <p>7. Renuebat praesulatum
Trecensis civitatis,
Dicens, se non esse gratum,
Vir mirae sanctitatis.
Vellet, nollet, sumpsit statum
Praesulum dignitatis.</p> <p>8. Paralysis de dolore
Lupus dat remedium,
Pressos sanat a languore,
Mutis dat eloquium,
Caecis pietatis rore
Reddit visus gaudium,</p> |
|--|---|

9. Sit laus summae trinitati,
Honor et imperium,
Qui det nobis ter beati
Lupi per suffragium,
Omnes simus coronati
Cum turba coelestium.

Brev. ms. S. Lupi Trecens. anni 1511. Cod. S. Genovefae Parisiens.
BBL. VIII. 23². A. — Brev. ms. S. Lupi Trecens. anni 1515. Cod. S. Genovefae Parisiens. BBL. VIII. 23. B. — 7, 2 Trecensis dignitatis B.

344. De sancto Lupo.

Ad Laudes.

- | | |
|---|---|
| 1. Pietatis, Lupe, pater
Et decus ecclesiae,
Coelestis turbae confrater,
Fac precibus hodie,
Nobis Jesu pia mater
Praestet statum gratiae. | 4. Satan, lupus venenosus,
Aegros quos oppresserat
Et quos idem furiosus
Furia repleverat,
Lupus praesul gloriosus
Signo crucis liberat. |
| 2. Lupus mundum deceptorem
Audiens a singulis,
Jesum mundi conditorem
Praemisit prae oculis,
Quem vocavit defensorem
In mundi periculis. | 5. Esto nobis, Lupe, custos
In cunctis operibus,
Fac nos reos esse justos
Tuis sanctis precibus,
Ne uramur inter ustos
Flammis infernalibus. |
| 3. Lupus mundus sprexit mundum
Et ipsius opera,
Mundo vixit non secundum
Opera mortifera,
Sed ut iret ad jucundum
Chorum supra sidera. | 6. Sit laus summae trinitati,
Honor et imperium,
Qui det nobis ter beati
Lupi per suffragium,
Omnes simus coronati
Cum turba coelestium. |

Brev. ms. S. Lupi Trecens. anni 1511. Cod. S. Genovefae Parisiens. BBL. VIII. 23². A. — Brev. ms. S. Lupi Trecens. anni 1515. Cod. S. Genovefae Parisiens. BBL. VIII. 23. B.

345. De sancto Lupo.

1. Clara sanctorum meritis trophaea
Dum piis votis veneratur orbis,
Condecens Christo famulatus apte
Redditur et laus.
2. Annuae lucis revolutus orbis
Ad Lupi vatis celebres honores
Nosmet invitat, monet et beata
Gesta sonare.

3. Qui jugum Christi tenero sub aevo
Ferre pertemptans meruit gradatim
Arduum felix apicem subire
Mente virili.
4. Jamque praelatus populi sacerdos
Coepit insigni radiare vita,
Mira virtutum vitiis subactis
Pandere facta.
5. Lucra de Christi gregibus requirens
Lucra despexit fugientis aevi,
Ut polis gazas sibi sic suisque
Conderet almas.
6. Qui sibi pauper, locuples egenis,
Hospes effectus miseris vagisque,
Larga jejunis jugiter minister
Fercula praebet.
7. Squamei pulso colubri veneno
Peste langentes varioque plures
Saucios morbo studuit saluti
Reddere priscae.
8. Quanta per Christum, venerande praesul,
Gesseris, nullus valet ore fari,
Nec eges nostro retinens superna
Regna favore.
9. Sancte tu nobis miseris sacerdos
Semper implores veniam, precamur,
Civibus coeli mereamur omnes
Ut sociari.
10. Trina te semper deitas et una
Angeli digno celebrent honore,
Cum quibus nostras humiles, rogamus,
Suscipe laudes.

Cod. Parisiensis 2832 saec. 9.

346. De sancto Lupo.

- | | |
|--|---|
| 1. Aeterna Christi praemia
Et praesulis per debita
Lupi ferentes hymnica
Laeti canamus cantica. | 3. Signatus Lupi nomine,
Pastoris auctus munere,
Quaerens non ovem carpere
Sed septa ductam reddere. |
| 2. Secreta specus petiit,
Pollens solum sic respuit,
Celsis adhaerens parvulus,
Christi fiens tyrunculus. | 4. Devota pectoris fide
Coeli potiris patria,
Sanctorum consors meritis
Aeternis fruens optimis. |

- | | |
|--|--|
| <p>5. O pastor, libens respice,
Voces precantum suscipe.
Laudes canentum placide
Coelum ferendo dirige.</p> | <p>7. Ad claustra coeli, inclite
Confessorque magnifice,
Pastor vigil ecclesiae
Nos celsa duc sanctissime.</p> |
| <p>6. Oves, quas quondam paveras,
Ac fraude hostis dempseras,
Jam nos defer ad patriam
Regni beati placidam.</p> | <p>8. Quo grex perveniat tuus,
Pastor ubi sistit bonus,
Bonum ovile permanens
Et unus rector praesidens.</p> |
9. Laudes canamus Domino,
Patri Deoque filio,
Sancto simul paraclito
In sempiterna saecula.

Brev. Lugdunense imp. absque (Lugduni 1498). — 6, 2 hostis detempseras.
— 8, 1 Quo grex pervente unicus. — 8, 3 Lies: Unum ovile?

347. De sancto Magno.

Ad Vesperas.

- | | |
|--|--|
| <p>1. Aeterna Magni gloria
Coelestis gaudet curia,
Clarus vitae munditia
Dat toti mundo gaudia.</p> | <p>4. Sancta mater ecclesia,
Christi fundata sanguine,
Dat Magno testimonia
De sanctitatis culmine.</p> |
| <p>2. Tractus Christi dulcedine
Mundi vicit ludibria,
Dum coepit caste vivere
Carnis stravit contagia.</p> | <p>5. Unda devoti sanguinis
Aegrotis dat remedia,
Excelsum Magnum praedicant
Mare, mundus et sidera.</p> |
| <p>3. Orbatus sacra conjuge
Virginalis munditiae
Magnus ornatur lumine
Haeres aeternae gloriae.</p> | <p>6. Laus patri sit ingenito,
Nato et sacro flamini,
Qui sancti Magni merito
Nos coeli jungat agmini.</p> |

Brev. Aarhusiense imp. Aarhusiae 1519. — 5, 2 Aegris.

348. De sancto Magno.

Ad Nocturnum.

1. Meritis totum gloria martyr
Impleat orbem effuso cruore,
Cujus crudelis pectora bipennis
Perforat ictu.
2. Tempore nullo passio deletur
Martyris Magni, trepidis qui solet
Saluti fore, reis adjumento
Tempus in omne.

3. Carnis superbae lubrica compressit
Pondera Magnus puer atque senex,
Inclitus victor pervenit ad regna
Debita justis.
4. Thalamo decor celebri quaesitus
Animo castos, corpore quos servat,
Conjuges nunquam pariter traxerunt
Veneris ignes.
5. Qui coelum stellis pinxerat mirandis,
Floribus terrae globum decoratis,
Auctori pacis omnia gratias
Saecula psallant.

Brev. Aarhusiense imp. Aarhusiae 1519. — 2, 3 Salutis.

349. De sancto Magno.

Ad Laudes.

1. Martyris cervix languida pependit,
Colla videntur percussa bipenne,
Nece martyris sanguis in viscera
Gelidus pallet.
2. Gaudent coelestes cernere majores
Corpore nostro vires resistendo
Vitiis, nostra quibus fragilitas
Subdita jacet.
3. Scelerum facis vincere ministrum,
Christe, quos mundi agitant labores,
Scis, quam subito casu rapiuntur
Saecula nostra.
4. O Magne martyr, veneranda cujus
Haec dies totum colitur per orbem,
Quas tibi cantat chorus hic fidelis,
Accipe laudes.
5. Summa sit Christo salus et perennis
Gloria patri flaminique sacro,
Quorum adorat numen venerandum
Spiritus omnis.

Brev. Aarhusiense imp. Aarhusiae 1519.

350. De sancto Marcellino.

Ad Vesp. et Noct.

- | | |
|---|--|
| 1. Clarens in coelis claruit
Mundo signis, prodigiis,
Coelum caecis aperuit
Marcellinus vir humilis. | 2. Sanctum gerens officium
Gratumque pontificium
Gessit et Vallanensium
Gentem traxit ad Dominum. |
|---|--|

- | | |
|---|--|
| <p>3. Aures surdis aperuit
Et auditum restituit
Et sanctorum vestigiis
Haesit vita et meritis.</p> <p>4. Hostem malignum propulit,
Hostem mentis et corporis,
Qui nos ubique circuit
Devorans, quos hic decipit.</p> <p>5. Ingressus et dementatus,
A daemone fatigatus,
Sancti patris eripitur
Meritis, sospes redditur.</p> | <p>6. Marcelline sanctissime,
Caelebs gloriosissime,
Fac nos hic sancte vivere
Castamque vitam ducere.</p> <p>7. In coelis in martyribus
Sanctisque confessoribus
Laudes immensas jubilas
Et trinitati personas.</p> <p>8. Laus, decus et imperium
Patri, nato, paraclito,
Det qui nobis solatium
In coelesti palatio.</p> |
|---|--|

Brev. ms. Aniciense anni 1440. Cod. Capit. Aniciens. s. n. A. — Brev. ms. Aniciense saec. 15. Cod. Parisiens. 1304. B. — 5, 1 Ingressu demeritans A; Ingressus dementatus B. — 5, 2 fatigatus fehlt A. — 5, 4 Et sospes inde redditur A. — 7, 3 jubilat AB. — 7, 4 personat B.

351. De sancto Marcellino.

Ad Laudes.

- | | |
|--|--|
| <p>1. Plaudat tota Vallania,
Gratuletur urbs vetula
Ob Marcellini merita
Jubilantis in gloria.</p> <p>2. Puellae manus haeserat
Ansa vasis, quam strinxerat,
Nullus mederi poterat,
Quam pater sacer solverat.</p> <p>3. Non utens unus usibus
Linguae, manibus, pedibus
Collisus surdis auribus,
Curatur sanctis precibus.</p> <p>4. Ut columna marmorea
Fide firmus aetherea
Videt loca siderea
Regnaque patris aurea.</p> | <p>5. Deprecemur hunc inclitum
Numero Christi militum
Consortemque divinitum
Sanctorum propter meritum.</p> <p>6. O praesul sacer humilis,
Multum Christo amabilis
Et ab ipsis cunabulis
Sibi dicatus saeculis.</p> <p>7. Nobis regna coelestia
Procura, summa gaudia,
Per te donetur gloria
In summa coeli patria.</p> <p>8. Patri, nato, paraclito
Laus, honor, virtus, gloria,
Marcellinique merito
Tollantur nostra crimina.</p> |
|--|--|

Brev. ms. Aniciense anni 1440. Cod. Capit. Aniciens. s. n. A. — Brev. ms. Aniciense saec. 15. Cod. Parisiens. 1304. B. — Cfr. Officium sanctorum peculiarium etc. imp. Anicii 1624. — 1, 1 Gaudet tota B. — 1, 2 Lactetur urbs Metulana B; Gratuletur urbs Metulana A. — 2, 1 manus reserat B. — 2, 2 Ossa vasis exstinserrat A; Ossa vasis extrinsecat B. — 3, 2 Linguae manus et pedibus A. — 3, 3 Tollitus surdis B. — 3, 4 Curatus A. — 5, 1 Te precamur A. — 5, 3 que fehlt B. — 5, 4 pater meritum B. — 6, 4 Sibi dedicatus similis A; dicatus sedulis B. — 8, 2 gloria fehlt A. — 8, 3s q. Qui nos prece Marcellini Ducat ad coeli gaudia B.

352. De sancto Martiali.

Ad Vesperas.

- | | |
|---|---|
| 1. Jucundis pangat mentibus
Chorus ecclesiasticus
Laudum Christo praeconia
Hac die celeberrima, | 4. Exsultet Aquitania
Tanto patrono praedita,
Plebs maxime Lemovica
Laeta depromat cantica. |
| 2. Qua Martialis inclitus
Deoque dilectissimus
Sacris translatus arcibus,
Omnis congaudet populus. | 5. Huic devota supplicet
Et incessanter invocet,
Quo piis sese precibus
Coeli conjungat civibus. |
| 3. Suis praeclaris actibus
Ac divinis affectibus
Vana detestans idola
Christum recepit Gallia. | 6. O Martialis optime,
Pastor et dux egregie,
Pro nostris facinoribus
Interveni propitius. |

7. Acquire nobis veniam
Apud Christi clementiam,
Ut expiatis sordibus
Deo fruamur plenius.

Brev. ms. Tutelense saec. 11/12. Cod. Parisiens. 1256. A. — Brev. ms. Soliniacense saec. 13. Cod. Londinens. Harl. 2928. B. — Antiph. ms. S. Martialis Lemovicens. saec. 14. Cod. Parisiens. 916. C. — Offic. ms. S. Martialis Lemovicens. saec. 15. Cod. Parisiens. (Arsen.) 666. D. — Brev. ms. Parisiense saec. 15. Cod. Parisiens. 746 a. E. — Brev. ms. Parisiense saec. 15. Cod. Parisiens. 751. F. — Brev. ms. Andegavense saec. 15. Cod. S. Genovefae Parisiens. BBl. 24². G. — Brev. ms. Nivernense saec. 15. Cod. Dolens. 41. H. — Brev. ms. Cameracense saec. 15. Cod. Laudunens. 256. I. — Brev. Cameracense imp. Parisiis. 1497. K. — Brev. Forojuliense imp. Taurini 1495. L. — Brev. Aquense imp. Lugduni 1499. M. — C hat nur Str. 6 und 7. — 7, 4 Deo fruamur precibus E. — Nach Str. 7: Praestet aeterna trinitas Cuncta gubernans deitas. C.

353. De sancto Martiali.

Ad Matutinum.

- | | |
|---|--|
| 1. Martiali apostolo,
Aquitano domo,
Psallat mater ecclesia
Colens ejus solemniam. | 4. Cum ipso Romam petiit,
Hinc Aquitanos adiit,
Datus pastor divinitus
Lemovicinis civibus. |
| 2. Hic adolescens nobilis
Usus Christi colloquiis
Adamavit coelestia,
Parvipendens terrestria. | 5. Hic frangens idolatriam,
Consecravit ecclesiam,
Quam pie semper diligit
Et ad superna dirigit. |
| 3. Linquens Judaeae patriam
Devenit Antiochiam,
Apostolorum principi
Corde vinctus unanimi. | 6. Sit in excelsis gloria
Deo, qui fecit omnia,
In terra pax hominibus
Sursum corda levantibus. |

Brev. ms. Tutelense saec. 11/12. Cod. Parisiens. 1265. A. — Brev. ms. Soliniacense saec. 13. Cod. Londinens. Harl. 2928. B. — Psalt. et hymn. ms. Coelestin. in Gentilino saec. 14/15. Cod. Avenionens. s. n. C. — Brev. ms. Nivernense saec. 15. Cod. Dolens. 41. D. — Brev. ms. Aquense saec. 15. Cod. Parisiens. 1061. E. — Brev. Aquense imp. Lugduni 1499. F. — 1, 1 sq. Martiali pontifici, Aquitanorum principi B; dies ist die ursprüngl. Lesart, welche beweist, daß das Lied vor 1031 gedichtet ist. — 4, 1 Cum apostolo Romam petiit E. — Mel: Aurora lucis rutilat C.

354. De sancto Martiali.

Ad Laudes.

- | | |
|--|--|
| 1. Festiva lux enituit,
Dies praeclara splenduit,
Qua Martialis anima
Regna conscendit coelica. | 4. Tam denique mirabilis
Inter mortales claruit,
Ut Galliarum populum
Converteret ad Dominum. |
| 2. Hanc devotis obsequiis,
Honoribus hanc congruis
Nostra caterva celebret
Deoque gaudens jubilet. | 5. Vitae defunctos revocans,
Aegris salutem reparans
Obsessis e corporibus
Immundos pellens spiritus. |
| 3. Hic vir tantis virtutibus
Tam probis fulsit moribus,
Ut terris adhuc positus
Haereret Deo penitus. | 6. Hujus nos, Christe, meritis
Cunctis emunda vitiis
Et decoros virtutibus
Coeli conjunge civibus. |
| 7. Laudemus rerum principem,
Trinum Deum et simplicem,
Cui decus et gloria
Per infinita saecula. | |

Brev. ms. Tutelense saec. 11/12. Cod. Parisiens. 1256. A. — Brev. ms. Soliniacense saec. 13. Cod. Londinens. Harl. 2928. B. — Psalt. et hymn. ms. Coelestin. in Gentilino saec. 14/15. Cod. Avenionens. s. n. C. — Offic. ms. S. Martialis Lemoviensis. saec. 15. Cod. Parisiens. (Arsen.) 666. D. — Brev. ms. Nivernense saec. 15. Cod. Dolens. 41. E. — Cod. Parisiens. 1146. saec. 15. F. — Brev. ms. Cameracense saec. 15. Cod. Laudunens. 256. G. — Brev. Cameracense imp. Parisiis 1497. H. — Brev. Forojuliense imp. Taurini 1495. I. — 1, 1 emicuit I. — 2, 1 Hunc devotis I. — 2, 2 Honoribus ac congruis AL. — Str. 3 fehlt AL. — 4, 1 Jam denique F; Tandemque et mirabilis I. — Str. 6 fehlt A. — 6, 1 Ejus nos D; Cujus nos I. — 7, 2 Deum ac DF. — 7, 2 Cujus decus F. — Mel: Aurora lucis rutilat. C.

355. De sancto Maximino.

Ad Vesperas.

- | | |
|--|---|
| 1. Plaudat Aquensis concio
Pastoris natalitio,
Maximini quam actio
Vertit et praedicatio. | 3. Cunctis suis sequacibus,
Contraria fallacibus.
Per hunc Dei miraculo
Christi crucis signaculo |
| 2. Cujus freta praesidio
Et fidei suffragio
Aeterna sumet munera,
Quae dat Deus innumera | 4. Surdis auditus panditur,
Mutis loquela redditur,
Caecisque datur visio
Et aridis aditio. |

5. Laus sit patri et filio,
Coeli regnanti solio
Una cum sancto flamine,
Cujus simus in agmine.

Brev. ms. Aquense saec. 14. Cod. Parisiens. 1038. A. — Brev. ms. Aquense saec. 15. Cod. Parisiens. 1061. B. — Brev. Aquense imp. Lugduni 1499. C. — 2, 3 sumens B. — 4, 4 additio B. — 5, 2 regnavit A.

356. De sancto Maximino.

Ad Nocturnum.

- | | |
|--|---|
| <p>1. Jucundare, Provincia,
Sancto ditata praesule,
Melos simul cum gloria
Mentis propina sedit.</p> <p>2. Maximini per merita
Ardens respirat populus,
Salutis suae monita
Sumpsit prius incredulus.</p> <p>3. Praefulgens in regimine
Vita fulsit et moribus,
Sato salutis semine
Finem ponit erroribus.</p> | <p>4. Suum praescivit transitum
Praerogativae gratia,
Cujus transvexit spiritum
Salvator ad coelestia.</p> <p>5. Prope tumulum complicitis
Ponunt, sicut praeceperat,
Corpus sancti pontificis,
Ubi signis exuberat.</p> <p>6. Sit trinitati gloria,
Maximinus ut docuit,
Nos inter temporalia
Mereamur, quod meruit.</p> |
|--|---|

Brev. ms. Aquense saec. 14. Cod. Parisiens. 1038. A. — Brev. ms. Aquense saec. 15. Cod. Parisiens. 1061. B. — Brev. ms. Aquense imp. Lugduni 1499. C.

357. De sancto Maximino.

Ad Laudes.

- | | |
|---|---|
| <p>1. Chorus, exsultans jubila
Ejus festo, qui nubila
Erroris a te depulit
Iterque tutum protulit.</p> <p>2. Christi fuit discipulus,
Confessor, ut agniculus
Mitis, quietus, sobrius,
Saecli futuri praescius.</p> | <p>3. Docebat prava fugere
Et trita mundi spernere,
Ut spretis cunctis lubricis
Bonis fruamur coelicis.</p> <p>4. Laus sit patri et filio,
Coeli regnanti solio,
Una cum sancto flamine,
Cujus simus in agmine.</p> |
|---|---|

Brev. ms. Aquense saec. 14. Cod. Parisiens. 1038. A. — Brev. ms. Aquense saec. 15. Cod. Parisiens. 1061. B. — Brev. Aquense imp. Lugduni 1499. C. — 1, 1 exsultat A. — 3, 4 coelicis fehlt A.

358. De sancto Maximo.

Ad Vesp. et Noct.

- | | |
|---|--|
| <p>1. O vir excelsae meritis,
Athleta Christi, Maxime,
Quas devote effundimus,
Tu preces nostras suscipe.</p> | <p>2. O sacerdos dignissime,
Nos tuas oves protege,
Tuisque sanctis precibus
Tu dele, quod deliquimus.</p> |
|---|--|

- | | |
|---|--|
| <p>3. O vir vitae purissimae,
O confessor egregie,
Qui meruisti quatuor
Resuscitare mortuos.</p> <p>4. Tu pura Christi hostia,
Pure tractasti omnia,
Ardens, pater, coelestia
Sprevisti saecularia.</p> | <p>5. Tu intrasti per ostium
Factus praeses Regensium,
Digne tractas officium
Curans languores omnium.</p> <p>6. Nos tua intercessio
Gratos reddat altissimo,
Peracto vitae spatio
Coeli fruamur gaudio.</p> |
|---|--|
7. Patrem laudemus omnium
Christumque ejus filium,
In utriusque spiritum
Credamus omni tempore.

Brev. ms. Viennense saec. 14. Cod. Parisiens. 1285. A. — Brev. ms. Lirinense saec. 15. Cod. Parisiens. 10486. B. — Brev. Aquense imp. Lugduni 1499. C. — 1, 1 excelsis meritis A, excelsi meritis B. — Str. 4 fehlt A.

359. De sancto Maximo.

Ad Laudes.

- | | |
|---|--|
| <p>1. Stella fulgens matutina,
Lux salubris animae,
Ne claudamur sub ruina
Caecitatis intimae,
Illustrare nos festina
Luce Christi, Maxime.</p> <p>2. Per te sumat rex coelestis
preces, quas effundimus,
Ut sit procul culpa pestis,
Nobis esto proximus,
Dignitate, fama, gestis
Magnus, major, maximus.</p> <p>3. Vir, cujus vis olim stravit
Daemonum molimina,
Virum nuper demonstravit
In virtutis pagina,
Latens cujus occupavit
Guttur plumbi lamina.</p> | <p>4. Cum tu potens sis patronus,
Erubescat haesitans,
Quod sis quoque tutor bonus
Tuos pie visitans,
Quem quadrigae pressit onus,
Probat lingua palpitans.</p> <p>5. Ad honorem tibi cedit
Et tuis ad meritum
Status, ad quem puer redit
Post ruinae strepitum,
Quem fidelis coetus credit
Exhalasse spiritum.</p> <p>6. Genitori genitoque
Sit laus, honor, gloria,
Procedenti ab utroque
Adjuncta memoria,
Per quem clero populoque
Vitae dantur praemia.</p> |
|---|--|

Brev. ms. Viennense saec. 14. Cod. Parisiens. 1285. A. — Brev. ms. Lirinense saec. 15. Cod. Parisiens. 10486. B. — Brev. Aquense imp. Lugduni 1499. C. — Str. 3 und 4 fehlen A. — 4, 1 Quin tu potens C. — 5, 5 Quam fidelis totus A. — 5, 6 Exhalasset A. — Str. 6 fehlt AB.

360. De sancto Maximo.

Ad Vesp. et Noct.

- | | |
|---|--|
| <p>1. Gaude, Sion, hymnidica
Christo psallens praeconia,
A quo percepit hodie
Maximus stolam gloriae.</p> | <p>2. Hic ab annis infantiae
Dono coelestis gratiae
Mundi contempsit omnia
Christi sequens vestigia.</p> |
|---|--|

- | | |
|--|--|
| <p>3. Ob sanctitatis meritum
Electus pastor ovium
Cum doctrinae facundia
Virtutum fulsit gloria.</p> <p>4. O dignum Deo praesulem,
Ad cujus precem humilem
Caecis redduntur oculi,
Tres suscitantur mortui.</p> <p>5. Post signorum insignia
Et agonum certamina
Carnis deponens onera
Sanctus conscendit aethera.</p> | <p>6. O virtus admirabilis,
Elisaeo vir similis
Suo tactam cadavere
Defunctam fecit surgere.</p> <p>7. De coelo, praesul inclite,
Te venerantes respice
Et nos a malis omnibus
Tuis defende precibus.</p> <p>8. Sit trinitati gloria,
Laus, decus et potentia,
Cui sine fine Maximus
Conregnat in coelestibus.</p> |
|--|--|

Brev. ms. Morinense saec. 15. Cod. Parisiens. 17997.

361. De sancto Maximo.

Ad Laudes.

- | | |
|--|--|
| <p>1. Christe, mundi pro salute
pontifex et hostia,
Crucis ara morte tua
nostra delens crimina,
Hujus festa sacerdotis
recolentes visita.</p> <p>2. Tu corona confessorum,
tu palma certantium,
Per quem pater hic triumphum
adeptus perpetuum
Gloriatur beatorum
in sorte pontificum.</p> | <p>3. Ergo tuis adsistentes
festis, praesul Maxime,
Sempiterno nos commenda
semper regi gloriae,
Cujus fulges claritate
ut sol in meridie.</p> <p>4. Sit aeterno patri Deo
laudum jubilatio
Filioque coaeterno
ejus unigenito,
Spiritus quoque sancto
amborum paraclito.</p> |
|--|--|

Brev. ms. Morinense saec. 15. Cod. Parisien. 17997. A. — Brev. Morinense (?) saec. 15. Cod. Atrebatens. 393. B.

362. De ss. Medardo et Gildardo.

In Vesperis.

- | | |
|---|---|
| <p>1. Sanctum Medardum praesulem
Fratremque clarum antistitem
Solemnibus praeconiis
Canamus et melodiis.</p> <p>2. Ambo gemini gentibus
Fulsere digni laudibus
Simulque Christi munere
Sumpserunt palmam gloriae.</p> | <p>3. Quos carnis ut germanitas
Sic vera junxit caritas,
Fidesque fecit nobiles
Totius orbis principes.</p> <p>4. Nunc in suprema curia
Decora splendent lumina
Stolisque fulgent candidis
Videndo regem luminis.</p> |
|---|---|

- | | |
|---|---|
| <p>5. Precum suarum munere
Nos eruant a crimine
Et post ruinam saeculi
Poscant coronam praemii.</p> | <p>6. Summo Deo sit gloria
In saeculorum saecula,
Per quam ministri coelici
Nobis corruscant gratiae.</p> |
|---|---|

Brev. ms. S. Stephani Divionens. saec. 14. in. Cod. S. Josephi Lugdunens. Ya 5.

363. De ss. Medardo et Gildardo.

Ad Nocturnum.

- | | |
|---|--|
| <p>1. Pastor Medardus inclitus
Gildardus et dux praeuius
Ut bina luminaria
Dei nitent in gloria.</p> | <p>3. Quorum potestas eminet
Et vim per omnes obtinet,
Ut iure solvant credulos
Verboque nectant perfidos.</p> |
| <p>2. Hi sunt beati principes
Et gloriosi praesules,
Qui plebis actus excolunt
Et vota coelis inferunt.</p> | <p>4. Hac lege lata coelitus
Opem ferant poscentibus
Et sic solutos corpore
Donent beato munere.</p> |
5. Praestet paterna claritas
Natique compar unitas
Et spiritus paraclitus
Cunctis datus fidelibus.

Brev. ms. S. Stephani Divionens. saec. 14. in. Cod. S. Josephi Lugdunens. Ya 5.

364. De ss. Medardo et Gildardo.

Ad Laudes.

- | | |
|--|--|
| <p>1. O gloriosi principes
Fortesque Christi milites,
Dum carmen aptum concinunt,
Audite vota supplicum.</p> | <p>3. Nexu soluti corporis
In sempiternum vivitis,
Nos de profundo tollite
Et ad superna ducite.</p> |
| <p>2. Cum floruistis saeculo,
Prompti fuistis naufrago,
Festum diem colentibus
Portum parate, quaesumus.</p> | <p>4. Pater Deusque filius
Horumque sanctus spiritus
Optata donent servulis
Fusis patrum suffragiis.</p> |

Brev. ms. S. Stephani Divionens. saec. 14. in. Cod. S. Josephi Lugdunens. Ya 5.

365. De sancto Medardo.

1. Inter Christicolas, quos actio vexit ad astra,
Pars tibi pro meritis magna, Medarde, patet.
2. Qui sic vixisti terrenis hospes in oris,
Ut coelos patriam crederes esse tuam.

3. Exutus tenebris, vestitus tegmine lucis,
Post obitum frueris liberiore die.
4. Quid referam, mutis verbo qui verba dedisti,
Quod gravat ejiciens, quod juvat omne locans.
5. Si caecus venit, rapuit palpando salutem,
In mediis tenebris fulsit operta dies.
6. Posce Deum, felix, propriae pro crimine plebis,
Quod valeat tecum scandere laeta polum.
7. Gloria magna patri, semper tibi gloria, nate,
Cum sancto spiritu gloria magna patri.

Brev. Noviomense imp. Parisiis 1515. A. — Brev. Turonense imp. Parisiis 1522, letzteres als Antiphonen ad Laudes.

366. De sancto Melanio.

Ad Vesperas.

1. Gaudeat credens ubicumque mundus,
Cum dies nobis remeat sacratus,
Qua fuit coelos merito receptus
Iste patronus.
2. Occidentali fuit iste mundo
Ductor et doctor, medicus, precator,
Omnibus justis, mediis et altis
Gratus et imis.
3. Filiam regis zabulo piavit
Et simul regem satis iucrepavit,
Hunc gravi morbo prece liberavit,
Mira peregit.
4. Dum pater quidam rogaret illum,
Ut sibi natum zabulo retentum
Redderet sanum, malus antevenit
Vique peremit.
5. Mortuum sancto pater anteponit,
Supplicat praesul, puer oscitavit,
Et per id facto populo fideli
Sanctus abivit.
6. Hic manens terris revelavit omnes
Quoslibet morbos sibi confitentes,
Nunc manens coelis sibi servientes
Adjuvet omnes.
7. Gloriam patri pariterque nato,
Flamini nec non ab utroque misso,
Personent unum Dominum colentes
Quique fideles.

Brev. S. Florentii imp. s. l. 1526.

367. De sancto Melanio.

Ad Nocturnum.

- | | |
|--|--|
| 1. Summis canamus vocibus
Summis sedentem sedibus,
Qui de suis fidelibus
Lumen dat infidelibus. | 4. Nec daemonis versutia
Nec ulla pestilentia
Latebat unquam seria
Melanii precamina. |
| 2. Qui non ferens Britanniam
Ferri per ignorantiam,
Accendit illi praevidiam
Melanii praesentiam. | 5. Pater Melani, prospera,
Quaecunque nobis aspera,
Interna sint vel externa,
Nostrae saluti tempera. |
| 3. Qui subditorum moribus
Aptis medens sermonibus,
Miraculis insignibus
Opem tulit languentibus. | 6. Per saecula permanentia
Regi superno gloria,
Qui ducit ad coelestia
Tanta suos cum gloria. |

Brev. Sancti Florentii imp. s. l. 1526.

368. De sancto Melanio.

Ad Laudes.

- | | |
|--|---|
| 1. In unitate spiritus
Pater manens et filius
Sit laude summa praeditus,
Sit omnis illi subditus. | 4. O mortuum mirabilem,
Qui retro fluctum labilem,
Petram facit qui perviam,
Caecam videre feminam. |
| 2. Qui praesulem Melanium
In urbe Redonensium
Britanniam colentium
Dedit saluti praemium. | 5. Vixit nitens miraculis,
Transivit in miraculis,
Ad funus hujus praesulis
Sunt praesules miraculis. |
| 3. Cujus cadaver mortuum
Fert flumen urbi refuam,
Cui fracta turris noxios
Permittit ire liberos. | 6. Hic trinitati supplicet,
Templum sibi nos dedicet,
Cunctis malis nox explicet
Tollens, quod sibi displicet. |

Brev. Sancti Florentii imp. s. l. 1526.

369. De sancto Neoto.

Ad Vesperas.

- | | |
|---|--|
| 1. Cantet Christi ecclesia
Christo decenter cantica
Celebrando solemniam
Sancti Neoti annua. | 3. Effectus ipse monachus
Bonis fulgebat moribus,
Praepollens abstinencia
Et caritate gemina. |
| 2. Ortus regali stemmate
Regnum contempsit labile,
Et nunc exutus corpore
Renitet diademate. | 4. Electus inde presbyter
Consecratur nobiliter,
Vices implet pontificis
Memor prioris ordinis. |

- | | |
|--|---|
| <p>5. Admonetur ab angelo
Ut secedat in eremo,
Quo vixit solitarius
Septem annis incognitus.</p> <p>6. Forma fuit credentibus
Christum sequi studentibus,
Miles coelestis curiae
Militavit legitime.</p> <p>7. Vir sanctus Romam adiit,
Ubi mandata suscipit,
Quo seminet assiduum
Verbum Dei in gentibus.</p> | <p>8. Regem peccantem increpat,
Illi ventura nuntiat,
Exiturum de saeculo
Se praedicat in proximo.</p> <p>9. Par prophetis prioribus,
Compar sanctis martyribus,
Coequalis apostolis
Regnat cum sanctis angelis.</p> <p>10. Illi canentes cantica
Ejus poscamus munera,
Ut nos a malis omnibus
Defendat sanctis precibus.</p> |
|--|---|
11. Sit laus patri per saecula,
Laus et perennis gloria,
Honor, virtus sit filio,
Sit potestas paraclito.

Psalt. ms. Croylandense (?) saec. 13/14. Cod. Lambethanus 563.

370. De sancto Neoto.

Ad Nocturnum.

1. Hymnum conjubilet turma fidelis,
Pax terris redolet, gloria caelis,
Ad praeclara patris festa Neoti
Occurrunt celebri laude remoti.
2. Qui regum rutilo sanguine natus
Et morum nitida luce probatus,
A mundo retrahit corporis actus,
Vir mundana super nubila factus.
3. In monasterii sorte locatur
Et dux presbyteri dote sacratur,
Cura pontificis germina verbi
Per mentes populi spargit acerbi.
4. Septenis eremum percolit annis,
Hirtis membra tegens hispida pannis,
Arcem Romuleae visitat urbis,
Hinc divina serit semina turbis.
5. Regnum praecinuit perdere regem
Peccantemque docet discere legem,
Ad sceptrum replicat post rediturum,
Pandens continuo se moriturum.

6. Sit cum patre Deo gratia proli,
Par laus spiritui doxaque soli,
Et mundus celebret gaudia totus
Quae victor meruit morte Neotus.

Psalt. ms. Croylandense (?) saec. 13/14. Cod. Lambethanus 563. — 3, 3
gramina verbi.

371. De sancto Nicasio.

- | | |
|--|---|
| 1. Gaudeat ecclesia
Festa colens annua,
Quibus vitae ostium
Admisit Nicasium. | 5. Postremo Vandalica
Grassante vesania
Pastor bonus patitur
Pro commissis ovibus. |
| 2. Hic Remorum pontifex,
Sanctitatis opifex,
Luminavit Belgicam,
Immo totam Galliam. | 6. Mactatur Eutropia,
Soror ejus innuba,
Levita Florentius
Cum Jucundo caeditur. |
| 3. Cocco bis tincto sibi
Ephod legis texuit,
Bysso retorta quoque
Se praecinxit sobrie. | 7. Victimantur plurimi
Tam cleri quam populi,
Ad bibendum calicem
Imitati praesulem. |
| 4. Sedem episcopii
Hoc in templum transtulit,
Quod dictante angelo
Fundavit theotoco. | 8. Vere martyr, amicus
Nicasii nicheseos,
Pro nostris exsibus
Intercede, quaesumus. |
| 9. Deo patri gloria,
Cujus indulgentia
Per sanctorum merita
Levet nos in aethera. | |

Psalt. ms. Remense saec. 14. Cod. Remens. 200. — 8, 1 amicos.

372. De sancto Nicasio.

- | | |
|---|---|
| 1. Lux vera, vita, praemium,
Palma et corona martyrurum,
Jesu, redemptor omnium,
Votis faveto supplicum. | 4. Verbi sacri dulcedine
Plebem cibans assidue,
Quod praedicavit fame,
Complevit hoc certamine. |
| 2. In hoc triumpho martyruris
Insignis atque praesulis
Hymnum canendo psallimus
Laudes tibi persolvimus. | 5. Athleta fortis congruum
Adeptus est vocabulum,
Vincendo victor inclitus
Almus pater Nicasius. |
| 3. Pastor bonus hic exstitit
Doctorque verus claruit,
Oves pia custodia
Coeli vocans ad pascua. | 6. Nam barbaris furentibus
Contra fideles saevius
Ut miles invictissimus
Se praeparavit obvius. |

- | | |
|---|--|
| <p>7. Magnus sacerdos hostiam
Sese Deo gratissimam
Gregemque plebis subditae
Mox obtulit dignissime.</p> <p>8. Hinc candidatus martyrum
Junctus choris fidelium
Stolam perennis gloriae
Tuo recepit munere.</p> | <p>9. Hujus precatu, quaesumus,
Aeterne rex, clementius
Resolve nexus criminum
Nobis ferens remedium.</p> <p>10. Ut post caduca tempora
Tua repleti gratia
Regnis beatae patriae
Laeti fruamur perpetim.</p> |
|---|--|
11. Sit trinitati gloria,
Deo patri cum filio,
Sancto simul paraclito
In sempiterna saecula.

Brev. ms. Tornacense saec. 14. Cod. Tornacens. XXI. A. — Brev. ms. Tornacense saec. 15. Cod. Valentianens. 98. B. — Brev. Tornacense imp. 1497. C. — 1, 2 Palma fehlt B. — Nach Str. 6 Divisio B. — 8, 1 Sic candidatus C.

373. De sancto Nicolao.

Ad Vesperas.

- | | |
|---|---|
| <p>1. Christi miles pretiosus
Victor victis hostibus
Gaudet summis sociari
Perfruens commerciis,
Intercessor quo pro nostri
reatu sit criminis.</p> | <p>2. Copiosae caritatis
Nicolae pontifex,
Qui cum Deo gloriaris
in coeli palatio,
Condescende, supplicamus,
ad te suspirantibus.</p> |
|---|---|

3. Gloria et honor Deo.

Brev. ms. S. Claudii saec. 11. ex. Cod. Bisuntin. 136.

374. De sancto Nicolao.

Ad Vesperas.

1. Omnium clemens petimus creator,
Ut pius nostros miserans labores
Supplices cantus humilis catervae
Votaque sumas.
2. Hanc diem grato celebrare festo
Dat pater carus tibi Nicolaus
Pontifex, in qua requiem supernam
Laetus adivit.
3. Interest claris ubi nunc choreis
Atque sanctorum comes angelorum,
In tuae vita deitatis alma
Laude perennat.

4. Unde nos crebro miseros revisat,
Quos adhuc terrae gravat incolatus,
Liberos carnis petat et vocari,
Quo manet ipse.
5. Glorïae summum decus atque laudis,
Trinitas verax Deus unitasque,
Sit tibi semper, sit ubique cuncto
Fine remoto.

Brev. ms. S. Vincentii Cenomannens. saec. 15. Cod. Semin. Cenomannens.
s. num.

375. De sancto Nicolao.

Ad Matutinum.

- | | |
|--|---|
| 1. Inter illa claritatis
apte luminaria,
Qua Sion beata mater
micat multifaria,
Nicolaus gloriosa
fulget eminentia. | 4. Corpus edomans in unum
paene sese saevit,
Inbecillos universos
corde patris pertulit,
Sancta vitae seminare
verba nunquam deficit. |
| 2. Huic origo procreatur
stirpe nobilissima,
Ipse sed nativitatis
comprimens fastigia.
Servituti conditoris
vixit innocentia. | 5. Sospitatis septiformis
distributor efficax
Repulit maligna cuncta,
quaeque praebens commoda,
Tersit omnis moestus illo
leniente lacrimam. |
| 3. In caduca carne degens,
caritatis fervidae
In Deum fratremque firmus
copioso munere,
Vana mundi vilipendit
et obscurum vivere. | 6. Gloria virtutis atque
laudis excellentia,
Summa patri filioque
sit sacroque flmini,
Una semper et coeva
saeculorum saeculis. |

Brev. ms. S. Vincentii Cenomannens. saec. 15. Cod. Semin. Cenomannens.
s. num.

376. De sancto Nicolao.

Ad Laudes.

- | | |
|---|--|
| 1. Christe, regum rex et auctor
in bonis potentium,
In beato Nicolao,
dignitate praesulum,
Nos tuae fac laudis aptum
consonare canticum. | 2. Creditum confessionis
quem decore granditer
Sic ubique das lucere
res per admirabiles,
Totus orbis ut per illum
te benignum praedicet. |
|---|--|

- | | |
|--|---|
| 3. Paupertati patris ante
motus indigentia,
Quam quaerelis tactus ullis,
absque conscientia
Subvenire, praestolare
fraudis artem cogitat. | 5. Naufragis furente ponto
mox vocatus adfuit,
Imperavit et procellis
ac metu praemortuis,
Non quietem dico portus,
immo vitam reddidit. |
| 4. Propriae nocturnus arcae
praedo furtim cursitat,
Anxium ditat, repellit
virginum ludibria,
Purgat auro sic utrosque
sordis ex infamia. | 6. Gloria virtutis atque
laudis excellentia
Summa patri filioque
sit sacroque flamini,
Una semper et coeva
saeculorum saeculis. |

Brev. ms. S. Vincentii Cenomannens. saec. 15. Cod. Semin. Cenomannens.
s. num.

377. De sancto Nicolao.

Ad Vesperas.

1. Festa condignis celebremus hymnis
Praesulis magni merito colendi,
Qui Deo dignus meruit probari
Voce superna.
2. Pontifex factus Nicolaus almus
Clarus in dictis nituitque factis,
Hostiam puram Domino sacravit
Corpore casto.
3. Virgines stupris vetuit nefandis,
Aureis donis redimens pudorem,
Quae dedit patri miserans eorum
Turpia lucra.
4. Hic suis Christo placuit diebus
Creditae plebi vigilans sibi que,
Infulas sacras retinens sacerdos
Jure perenni.
5. Nec carent donis cineres sacrati,
Ejus emanans liquor a sepulchro
Debiles curat meritumque monstrat
Praesulis almi.
6. Nunc in aeternum meritis corruscat
Clarus, in mundo manifestus toto,
Qui Deo soli studuit placere
Corpore vivens.

7. Pastor insignis rutilans in astris,
A Deo nobis veniam precare,
Qui viros nece puniendos saeva
Tres liberasti.

8. Conditor mundi, pater atque fili,
Spiritu sancto dominans in alto,
Illius prece sacra nos tuere
Nunc et in aevum.

Brev. Aarhusiense imp. Aarhusiae 1519.

378. De sancto Nicolao.

Ad Nocturnum.

1. Orta fame gens tabescit
Regionis Lyciae,
Far concedens minus nescit,
Grates refert gratiae,
Sed concessum far excescit
Supremum inopiae.

2. Hic Hebraeum revocavit
In auri miraculo,
Tres scholares liberavit
Mortis ab ergastulo,
Prolem patri conservavit
In maris periculo.

3. Dum Dianae purgat ritum
Oleum conficitur
Et, ut templum hoc linitum
Cremetur, transmittitur,
Sed ut aequor est ignitum
Fraus Dianae panditur.

4. Instat dissolutionis
Tempus, ut exsilium
Praesul mutet Babylonis
Solum petens patrium,
Ex Aegypto Pharaonis
Pater vocat filium.

5. Ex ipsius tumba manat
Oleum cum latice,
Hoc a pede fluens sanat
Intus, hic a vertice
Extra sedat et complanat
Morbida mirifice.

6. Gloria sit trinitati
In personis triplici,
Virtus, honor unitati,
Soli Deo simplici,
Patri, nato, bonitati
Cum laude multiplici.

Brev. Roschildense imp. Parisiis. 1517. — Ad Vesp. befindet sich der Hymnus Pange lingua Nicolai, Mone III, 463.

379. De sancto Nicolao.

Ad Laudes.

1. Zyma vetus expurgetur
Mundo domicilio,
Novus homo dominetur
Ut purgato vitio
Nicolauum aemuletur
Mundum munda concio.

2. Huic parentes floruerunt
Cives urbis Paterae
Et famosi claruerunt
Fide, vita, genere,
Cleri gemmam genuerunt
Prodit sol de sidere.

3. Infans semel lac sugebat
Quarta, sexta feria,
Adolescens incolebat
Scripturae gymnasia,
Sed aetatis fugiebat
Venenosae devia.
4. Virtus cum aetate crescit
Et virtutum opera,
Opus dextrae laeva nescit,
Pauperum ad onera
Reprimenda non quiescit
Pietatis dextera.
5. Auro pudor puellaris
Clanculo redimitur,
A fornice lupanaris
Castitas eripitur,
Clara quondam, nunc vulgaris
Sors patris erigitur.
6. Fide firmum condit vita,
Imbuit scientia
Nicolaum et mellita
Polit eloquentia,
Mox futuri pandunt ita
Praesulis praeludia.
7. Virtus patris potestati,
Proles sapientiae,
Honor, laus benignitati,
Amborum concordiae,
Sicque donet caritati
Dandae donum gratiae.

Brev. Othinense imp. Lubecae 1497. A. — Brev. Roschildense imp. Parisiis 1517. B. — 1, 4 Ut fehlt B. — 1, 5 emeletur B. — 2, 1 Hinc parentes A. — 6, 1 Inde firmum A.

380. De sancto Olavo.

In Vesperis.

1. Pange, lingua, gloriose
Diei solemnia,
Regum jubar pretiose,
Rex Olave, praemia
Posce tuis amorose
Frui lucis gloria.
2. Caput tuum diadema
Cingit dote varia,
Mira colit hoc emblema
Factoris industria,
Cujus aemulatur schema
Virtutum insignia.
3. Mole carnis aggravatus
Carnis fugis devia,
Mente pura sublevatus
Totus in coelestia,
Velut caenum aspernatus
Mundi transitoria.
4. Regni tenens moderamen
Dictante justitia,
Pius piis, relevamen
Oppressis injuria,
Justis scutum et tutamen
Es arcens rebellia.
5. Orthodoxae dum fundaris
Fidei constantia,
Pravitati reluctaris
Firma permanentia,
Sacri fontis nec vexaris
Derivans eloquia.
6. Fulgens honestate morum
Et doctrinae gratia,
Corda mollis efferorum
Mira patientia,
Saepe ferens servulorum
Minas et convitia.

7. Dum rarescit impiorum
Erroris amentia,
Pia manus conversorum
Conferunt donaria,
Marcet cultus idolorum
Et floret ecclesia.

8. Patri digne laus debetur,
Qui creavit omnia,
Redimentis veneretur
Nos prolis clementia,
Laus sit ei, cui debetur
Delictorum venia.

Brev. Lundense imp. Parisiis 1517. A. — Brev. Roschildense imp. Parisiis 1517. B.

381. De sancto Olavo.

Ad Nocturnum.

1. Procul pulso jam torpore
Consurgamus ocius,
Regis hujus in honore
Psallamus devotius,
Ut dignetur nobis fore
Clemens et propitius.

2. Adhuc vivens veneranda
Quae gessit miracula,
Praesens digne memoranda
Recolit diecula,
Plebs fidelis haec laudanda
Conclamat per saecula.

3. Luce solis contingebat
Rex volutans varia,
Lignum caedens nec habebat
Diem in memoria,
Quidam adstans, cras dicebat
Est secunda feria.

4. Se fuisse non praevisum
Rex instanter gemuit,
Perurendum mox decisum
Palmae superposuit,
Post exstinctum flammae nisum
Illaesus apparuit.

5. Largum iter naviganti
Rupes scissa praebuit,
Hostis vires viri tanti
Metuens obstupuit,
Qua virtute tam praestanti
Scindi petra potuit.

6. Nocte diem praecedente,
Qua vis saevit hostica,
Audit martyr alloquente
Se voce dominica:
Veni, care, jam repente
Percepturus coelica.

7. Hoc audito se rex laetus
Offerebat proelio,
Impugnantis partis coetus
Corde coit impio,
Justus cadit, fit completus
Labor et promissio.

8. Summo detur creatori
Laus et jubilatio,
Honor, virtus redemptori,
Patris soli filio.
Ab utroque laus amori,
Cujus est promissio.

Brev. Roschildense imp. Parisiis. 1517 A. — Brev. Lundense imp. Parisiis 1517. B. — 1, 4 psallemus AB. — 7, 3 partes A.

382. De sancto Olavo.

Ad Laudes.

1. Polum pingit jam aurora
Luce, lampas aurea,
Ista Christo laudes hora
Testa promat lutea,
Sacri flatus cor et ora
Virtus purget ignea.

2. Postquam corpus sancti lotum
Et latex ejicitur,
Caecus iter ad ignotum
It, in aquam labitur,
Obumbramen fit remotum,
Organum dum tingitur,

3. Festo panis ut coquatur
Defertur materia,
A fornace deportatur
Saxea substantia,
Caecitate malleatur
Jubentis saevitia.
4. Sacerdotis amputatur
Lingua, totus tunditur,
Corde martyr invocatur
Medicina petitur,
Plectrum linguae reformatur,
Salus restituitur.
5. Innocenter vir damnatur
Ductus ad patibulum
Sic suspendi sanctus, datur
Pedi sustentaculum
Ivit secta nec artatur,
Vitale spiraculum.
6. Liberatur a letali
Juvenis angustia,
Inter vinctos carcerali
Detentus custodia,
Odor canum naturali
Caret efficacia.
7. Praepes cura coartata
Mulier deformiter
Ad sepulchrum sancti lata
Poscit opem jugiter,
Reformata fit sanata,
Remeat alacriter.
8. Summae laus sit trinitati,
Simplex Deo simplici,
Honor, virtus unitati
In persona triplici,
Patri, proli, caritati
Muneris mirifici.

Brev. Roschildense imp. Parisiis 1517. A. — Brev. Lundense imp. Parisiis 1517. B.

383. De sancto Olavo.

1. Rex Olavus gloriosus,
Sanctus martyr Domini,
Agonista pretiosus
Dat honorem numini,
Spe constanti copiosus
Offertur certamini.
2. Lumen vitae dat paganis,
Sulcat agros cordium,
Seminatur vitae panis
In sulcis gentilium,
Exstirpatis cunctis vanis
Spes crescit fidelium.
3. Omne malum aquilonis
Aufertur de medio,
Gentem durae regionis
Mollit praedicatio,
Trinum laudat in personis
Gentilis confessio.
4. Christi fidem confitentes
In fonte baptismatis,
Late credunt Christo gentes
Dono sancti pneumatis,
Quos confortat rex credentes
Novitate dogmatis.
5. Tu confirmes spem tuorum
Fidei constantia,
Vim feramus tormentorum
Pari patientia,
Ut speremus angelorum
Sempiterna gaudia.
6. Tardi quidem ad credendum
Nova jura fidei
Christum negant confitendum
Suntque corde saxeï,
Sic conspirant ad perdendum
Plantatorem fidei.
7. Multitudo adunatur
Et bellum indicitur,
Iniquitas dominatur,
In regem erigitur,
Leo fortis victimatur,
Et justus conteritur.
8. Christiani mox caeduntur,
Rex truncatur gladio,
Quorum animae creduntur
Clariores radio,
Sede sacra disponuntur
Victores in stadio.

- | | |
|--|--|
| <p>9. Caecus lapsus casu bono,
 Aqua tangit pupillam,
 Visum capit aquae dono,
 Visus perdit maculam,
 Christum laudat dulci sono
 Lucis videns faculam.</p> | <p>11. Sacerdotis detruncati
 Membris truncus vehitur
 Regis aram ad beati
 Et ibidem ponitur,
 Restauratur sanitati
 Et sospes regreditur.</p> |
| <p>10. Lingua cuidam amputatur
 Et mutus efficitur,
 Opem sancti deprecatur,
 Martyr prece flectitur,
 Usus linguae reformatur,
 Adolescens loquitur.</p> | <p>12. Sit laus, honor patri Deo
 Dilectoque filio,
 Sancto flamine cum eo
 Et ejus imperio,
 Super martyris trophaeo
 Laetetur haec concio.</p> |

Brev. Nidrosiense imp. Parisiis 1519. — Str. 1—6 + Doxol. ad Vesperas,
 6—12 ad Laudes. Das Ganze ist aber nur ein Hymnus.

384. De sancta Ositha.

1. Salve, festa dies, toto venerabilis aevo,
 Qua decus Anglorum scandit Ositha polum.
2. Anglia, laetare, tu, flava Britannia, gaude,
 Sublimi patria gaudet alumna tua.
3. Virginitas laudem sibi confert atque decorem,
 Dum manet in sorte conjugis et viduae.
4. Conjux regalis prius haec, sed post monialis,
 Dum sexum superat, martyrium celebrat.
5. Hinc hostem veterem vincit fundendo cruorem,
 Dum corpus moritur, florida palma datur.
6. Fert caput abscissum stadiis tribus haec ad asylum
 Petri vel Pauli, quo libat illud ibi.
7. Utque fores tetigit, aditus cardo reseravit,
 Signa fores decorant, signa cruenta patent.
8. O felix vita, magis immo mors pretiosa,
 Qua datur aeternam transitus ad patriam.
9. Sic, sic praelatam nostram fore constat Ositham,
 Quam decorat gemini laurea martyrii.
10. Virginitas, sanguis quasi lilia mixta rosetis,
 Jure sui meriti cui patet aula poli.
11. Illic nempe suam decorant utrimque coronam
 Ordinibus variis lilia mixta rosis.
12. Dulciter in coelis requiescit semper amoenis,
 Undique per Anglos sit sibi magnus honos.

13. Post mortem carnis ut ei jungamur in astris,
Landes quisque Deo jam sonet ore pio.

Process. ms. S. Osithae in Essexia saec. 15. ex. Cod. Oxoniens. Laud. Miscell. 329. — Eine späte Hand hat mehrere Korrekturen angebracht, meist zur Beseitigung unterlaufender Hiatus; dieselben sind natürlich hier fortgelassen.

385. De sancto Ottone.

- | | |
|--|--|
| <p>1. Dies nunc celebris
Ottonis pontificis
Incitat animos
Promere modulos,
Ut Deo animam
Carnisque materiam
Terra dedit feliciter.</p> | <p>4. Hic pro nobis omnibus
Preces fundat, quaesumus,
Ad regem exercituum,
Omnium principium,
Qui finem et medium
Regit in perpetuum
Virtutum pius opifex.</p> |
| <p>2. Christum qui colere
Idolaque fugere
Pommeranos docuit
Arasque diruit
Fundans ecclesias,
Lucrificans animas
Plures Deo viriliter.</p> | <p>5. Ut post hoc exsilium
Carnisque interitum
Posttergatis vitiis
Cunctisque suppliciis
Nos angelorum coetibus
Jungat, agminibus
Viventium per saecula.</p> |
| <p>3. Vir Dei nominis
Virtute cursum fluminis
Restrinxit precibus,
Ut fidem infidelibus
Populis imbueret
Profanaque destrueret
Praeclarus iste pontifex.</p> | <p>6. Praestet ingenitus
Pater, unigenitus
Filius, Spiritus
Simul paraclitus
Indivisa unitas
Totaque trinitas
Coelorum regens climata.</p> |

Brev. ms. Trebonense saec. 15. Cod. Pragense. VI F 20. A. — Brev. sec. Notulam et Ritum Dominorum Theutonicorum imp. 1500. B. — Diurn. Caminense imp. Lipsiae 1519. C. — Wäre das Versmaß regelrecht gehandhabt, müßten mit Ausnahme jedes letzten Verses die Zeilen der Strophen 6 Silben haben, sie schwanken aber zwischen 6 und 8. — 2, 6 Lucrificans A. — 3, 5 imbueret populis A. — 4, 5 finem regit et BC. — 4, 6 nunc et in perpetuum A, was nicht in den Vers geht; nunc et perenniter BC, was gegen den Reim fehlt. — 6, 1 sq. pater ingenitus ABC. — 6, 4 Simul fehlt A. — 6, 5 Hoc indivisa BC.

386. De sancto Oswaldo.

- | | |
|---|---|
| <p>1. Regalis ostro sanguinis
Lux purpuratur praecluis,
Oswaldus arce gloriae
Qua regna intrat aethere.</p> | <p>2. Princeps paterque patriae,
Amor, decus coronaque
Cum luce sanctimoniae
Splendebat almo culmine.</p> |
|---|---|

- | | |
|---|---|
| <p>3. Pacem dedit victoriis
Victricis obtentu crucis
Flexusque regum principi
Grates genu fert supplici.</p> <p>4. Christi fidelis armiger,
Ecclesiarum signifer,
Pro jure Christi bellicus,
Gaudet necari fortius.</p> | <p>5. Victoriosa victima,
Plus vincit innocentia,
Martyr triumphat nobilis
Armis ferendis strenuis.</p> <p>6. Lux astra pulsat fulgide
Effusa sancto corpore,
Locusque cunctis martyris
Augēt salutem credulis.</p> |
|---|---|
7. Oswalde, jam regno tuo
Trino Deo et unico
Tecum canentes gloriam
Fac nos suam familiam.

Brev. ms. Coldoniense saec. 13/14. Cod. Londinens. Harl 4664. — Nach Str. 3 Divisio.

387. De sancto Papulo.

Ad Vesp. et Laudes.

- | | |
|---|--|
| <p>1. In laude regis gloriae
Coelum resultet hodie,
Et in terris ecclesia
Festiva sonet gaudia.</p> <p>2. Qua die sacer Papulus,
Petri bonus discipulus,
Coelum intrat in gaudio
Laureatus martyrio.</p> <p>3. Hic civis Antiochiae,
Qua sedit primas Graeciae,
Filius fuit praesidis,
Praeclarus de Romulidis.</p> | <p>4. Dum verbum vitae civibus
Praedicaret apostolus,
Haud mora, Christo credidit,
Petro servum se tradidit.</p> <p>5. Ergo relictis omnibus,
Domo, patre, parentibus,
Apostolos prosequitur,
Romam simul ingreditur.</p> <p>6. Gloria tibi, Domine,
Jesu Christe, rex gloriae,
Cum patre, sancto flamine
Nunc et in omni tempore.</p> |
|---|--|

Brev. Tolosanum imp. Parisiis 1553. — 3, 2 Qui sedit.

388. De sancto Papulo.

Ad Matutinum.

- | | |
|---|---|
| <p>1. Decertat coram Caesare
Simon cum mago Simone,
Papulus testimonium
Firmat quaerens martyrium.</p> <p>2. Post martyrii victoriam
Clemens conscendit cathedram,
Athletas multos colligit,
Totum per orbem dirigit.</p> | <p>3. Saturninum cum Papulo
Destinat huic populo,
Ambo pro Christi nomine
Triumphant fuso sanguine.</p> <p>4. Tu, sancte martyr Papule,
Decus istius patriae,
Servis indignis gratiae
Impetra locum veniae.</p> |
|---|---|
5. Gloria tibi, Domine.

Brev. Tolosanum imp. Parisiis 1553. — 3, 2 huic patibulo.

389. De sancto Pardulpho.

Ad Vesperas.

- | | |
|---|--|
| <p>1. Fideles cuncti gaudeant
Et Christo grates referant,
Quod lumen ejus gratiae
Possunt et caeci capere.</p> <p>2. Pardulphus adhuc parvulus
Et aetate puerulus
Novit Christum diligere
Sub caecitatis verbere.</p> <p>3. Nam quo carne debilior,
Factus mente robustior,
Occisionem vulneris
Vertit in causam muneris.</p> | <p>4. Amavit sapientiam,
Justitiam, modestiam,
Justus fuit extrinsecus,
Misericors intrinsecus.</p> <p>5. Effugavit daemonia,
Eliminavit vitia,
Pastor fidelis omnium
Tam mentium quam corporum.</p> <p>6. Da nobis, pater, saeculo
Uti fruique Domino,
Cui patrique filio
Est honor ac paraclito.</p> |
|---|--|

Brev. ms. Lemovicense saec. 15. Cod. Mazarin. 350. (787.)

390. De sancto Pardulpho.

Ad Laudes.

- | | |
|---|---|
| <p>1. Pardulphi patris incliti
Virique praestantissimi
Dum contemplamur opera,
Miramur Christi munera.</p> <p>2. Qui flagellando parvulum
Aurum fecit purissimum,
Cum sublatam forinsecus
Lucem clausit intrinsecus.</p> <p>3. Tunc rectam viam tenuit
Summumque bonum coluit,
Mundum substernens pedibus,
Crucem levat cervicibus.</p> <p>4. Casus namque ramusculi
Obscuritatem peperit,
Sed plures caesus protulit
Ramos, in quibus floruit.</p> <p>5. Qui sicut ferrum vertitur,
Cum flammae cedit viribus,
Sic amoris incanduit
Igne Dei et proximi.</p> | <p>6. Jejunis, vigiliis,
Suspiriis et lacrimis
Attenuans corpusculum
Et crucifigens animum.</p> <p>7. Unus et omnis omnibus,
Egenis, aegris medicus,
Morbi et pestes variae
Praecepto ejus subditae.</p> <p>8. Testantur hoc daemonia
Captos jussu linquentia,
Scit contractus Turonicus,
Quem non revexit asinus.</p> <p>9. Sed Pardulphus restituit,
Quem Martinus destituit,
Arnulphi equus pendulis
Hoc non negavit oculis.</p> <p>10. Pardulphe, pater optime,
Audi preces familiae
Et caecitatis mentium
Tollas morbosque corporum.</p> |
|---|---|
11. Quatenus ejus gloriae
Participemus uncae,
Quae est patri cum filio
Et flamine vivifico.

Brev. ms. Lemovicense saec. 15. Cod. Mazarin. 350. (787.) — 8, 3 pendulus Hs. Vgl. übrigenß bezüglich des Gegenstandes Acta SS. Oct. III, 437.

391. De sancto Patricio.

In Vesp. et Noct.

1. Exsultent filii matris ecclesiae,
Hymnumque, socii, pangamus hodie,
Adest Patricii festivae gloriae
Dies et lux laetitiae.
2. Hunc dum retinuit mundus in vinculis
Carnis, effloruit multis miraculis,
Hibernicis fuit salus hic populis
Doctrinae sacris pabulis.
3. Per orbis spatia fidem disseminat
Et ab Hibernia virus exterminat,
Clausis vestigia dat et illuminat
Caecos, ei plebs concinat.
4. Virtus ostenditur novi miraculi,
Hircus cognoscitur ventre latrunculi
Balatu, igitur mirantur populi
Virtutem Dei famuli.
5. Patri ingenito honor, devotio,
Laus unigenito sit Dei filio,
Sancto paracrito aequalis actio
In sempiterna saecula.

Brev. ms. Dublinense saec. 15. Cod. Collegii ss. Trinitatis Dublinens. B 3. 13. A. — Antiph. ms. Clondalkinense saec. 15. Cod. Coll. ss. Trinitatis Dublinens. B 1. 3. B. — Antiph. ms. Hibernorum saec. 15. ex. Cod. Coll. ss. Trinitatis Dublinens. B 1. 2. C. — Antiph. ms. S. Johannis Dublinens. saec. 15. Cod. Coll. ss. Trinitatis Dublinens. B 1. 4. D. — Brev. ms. Hibernicum saec. 15. Cod. Oxoniens. Miscell. Liturg. 215. E.

392. De sancto Patricio.

Ad Laudes.

- | | |
|---|---|
| 1. Jesu, corona praesulum,
Conserva tuum populum,
Qui hodie Patricium
Vocas ad coeli solium. | 3. Sumpta Christi parabola
Propalat evangelica,
Per hunc facta christicola
Tota gaudet Hibernia. |
| 2. Vir sacer magni meriti
Affert lucrum dominici
Talentis sibi traditi
Auctum fructu multiplici. | 4. Hic est doctor benevolus,
Hibernorum apostolus,
Cui loca purgatoria
Ostendit Dei gratia. |
| 5. Praesta, beata trinitas,
Concede simplex unitas,
Ut precibus Patricii
Haeredes simus gaudii. | |

Brev. ms. Dublinense saec. 15. Cod. Collegii ss. Trinitatis Dublinens. B 3. 13. A. — Antiph. ms. Hibernorum saec. 15 ex. Cod. Coll. ss. Trinit. Dublinens. B 1. 2. B. — Antiph. ms. S. Johannis Dublinens. saec. 15. Cod. Coll. ss. Trinit. Dublinens. B 1. 4. C. — Brev. ms. Hibernicum saec. 15. Cod. Oxoniens. Miscell. Liturg. 215. D.

393. De sancto Patricio.

Ad Laudes.

- | | |
|--|--|
| 1. Patricius, doctor nobilis
De finibus Britanniae,
Ut statim illum edidit
Mater, fecit miracula. | 5. Et magorum praestigia
Superabat venefica
Cum principe diabolo
Antiquo hoste hominis. |
| 2. Caeco donavit lumina
Petra scatente rivulo,
Tunc autem ignorans literas
Sacrum baptismum perlegit. | 6. Quos novos fecit sarcians
Implevit musti poculis,
Faecemque spurci criminis
Fonte lavit baptismatis. |
| 3. Qui jussione Domini
Missus est ad Hiberniam,
Quae plena fuit idolis
Dura cervice incredula. | 7. Surdos et caecos munerans
Auditu atque oculis,
Curabat paralyticos
Suscitabat et mortuos. |
| 4. Qui tenebras idolatriae
Scoticae gentis abstulit
Et praedicavit omnibus
Fidem praeclaro lumine. | 8. Genitori ingenito,
Ejus coaevo genito
Procedentique flamine
Sempiterna sit gloria. |

Antiph. ms. Kilmonense saec. 15. Cod. Coll. ss. Trinitatis Dublinens. B 1. 5. — 4, 2 Scotiae Hs. — 6, 1 Hec novos Hs. — 6, 3 spurii Hs. — 7, 1 surdos sed caecos Hs. — 8, 2 ejus fehlt Hs. — Dies Lied ist augenscheinlich viel älter als die beiden vorhergehenden.

394. De sancto Paulo Leonensi.

Ad Vesperas.

1. Praecelsa praesulis Pauli praeconia
Sonorum modulis cantet ecclesia,
Extollat gaudia prae cunctis populis
Nostra felix Leonia.
2. Aetate tenera spernens lasciviam,
Mente virigera Christi scientiam
Ebibit plenius Hilduti opera
Doctor factus egregius.
3. Aciem avium, quae fruges carpserat,
Ut gregem ovium minans incarcerationat,
Quibus, dum revolant, jubet exsilium,
Quod exinde non violent.
4. Hinc artitudini sese subjiciens,
Se vastitudini dat mundum fugiens,
Solam in poculum aquam accipiens,
Panem et sal in pabulum.

5. Navigans patriam nostram applicuit,
Ubi ad nimiam salutem profuit,
Anguis, quem populus et miles horruit,
Undis per hunc occubuit.
6. Summae monarchiae honor et gloria,
Quae suae gratiae det beneficia
Tanta Leoniae, quod possit talia
Pauli sequi vestigia.

Brev. Leonense imp. Parisiis 1516. — 2, 3 Ylduti. — 5, 2 salutem nimiam.

395. De sancto Paulo Leonensi.

Ad Nocturnum.

- | | |
|---|--|
| 1. Poli summum opificem
Nostrum collaudet canticum,
Qui Paulum tam mirificum
Nobis dedit pontificem. | 4. Pauli verens praesentiam
Ursus in praeceps corrui,
Caecis visum restituit,
Elinguibus facundiam. |
| 2. Pauli paret imperio
Pelagus terram deserens,
De terra fontem proferens
Potum praebet collegio. | 5. Paulo ad domum Withuri
Negatum tintinabulum
Affertur per miraculum
Piscis ablatum gutturi. |
| 3. Paulus lapides parvulos
In bases grandes erigit,
Apram et suos porculos
Domat, bubalum abigit. | 6. Pauli profusis precibus
Curantur paralytici,
Magna dispersit pluribus
De massa mellis modici. |
| 7. Paulum precemur praesulem
Propitiari patriae,
Pro qua se fecit exsulem
Nutu coelestis gratiae. | |

Brev. Leonense imp. Parisiis 1516. — 5, 1 Guithuri. — 6, 1 Paulo perfusus precibus. — 6, 3 dispersis.

396. De sancto Paulo Leonensi.

Ad Laudes.

1. Laude devota tibi, Paule, vota
Nostra cantamus, flagita, rogamus,
Gloriae regem, velit hunc ut gregem
Salvificare.
2. Tu salus isti patriae fuisti,
Pontifex factus et ad hoc coactus,
Praedicans doxam meruisti noxam
Mundificare.

3. Praevidens mortem nocuamque sortem
Insulae dicis tuis hoc amicis
Et monachorum ac canonicorum
Seditionem.
4. Te tamen plaustrum retro linquens claustrum
Fert ad hanc aedem, cathedralem sedem,
In qua rogamus, fac, ut evadamus
Perditionem.

Brev. Leonense imp. Parisiis 1516.

397. De sancto Paulo Narbonensi.

Ad Vesperas.

1. Misit Narbonae summum bonum Deus,
Virum electum, sanctum et prudentem
Vultu venustum, vita praenitentem,
Sanguine clarum.
2. Et ut noscatur, quid agere gliscit,
Destinat illi, quo fidem accepit,
Paulum, ex Saulo alumni honore
Post nominatum.
3. Inde confessor coelitus hortatus,
Mox gressum carpens omnibus relictis,
Verbo et signis Christum propalavit
Ubique viae.
4. Quem sibi datum cives Narbonenses
Procul exquirunt fama suscitati,
Visae agnoscunt bonae Paulum oves
Bene pastorem.
5. Sit salus illi, decus atque virtus,
Qui supra coeli residens cacumen,
Totius mundi machinam gubernat
Trinus et unus.

Brev. Narbonense imp. Carcassonae 1535. — 2, 3 Paulus. — 4, 2 seiscitati.

398. De sancto Paulo Narbonensi.

Ad Laudes.

- | | |
|--|---|
| 1. Approximante foribus
Sibi misso divinitus
Exit Narbona penitus
Erumpens ex rumoribus. | 3. Petunt in Christo instrui,
Dogma verum exhaustiunt,
Debriari plus sitiunt,
A sacro Paulo imbui. |
| 2. Sonis, sertis, luminibus
Grege pastorem aggreditur,
Gaudens urbem ingreditur
Cinctus utrimque civibus. | 4. Dulcis praesul memoriter
Cerne honoris munia,
Vivat in nobis gratia
Te supplicante jugiter. |

5. Deo patri et filio
Et amborum spiritui
Sit laus et nostro coetui
Ejus perpes fruitio.

Brev. Narbonense imp. Carcassonae 1535.

399. De Paulo Narbonensi.

Ad Vesp. et Noct.

1. Verbi divini sator copiosus
Die vergente ad summum vocatus,
Illo pulsatur, quo est applicatus
Sacro labori.
2. Ter commendatus ubi invitatus
Excessum pandit, nam certificatus,
Rursum decumbens de mercede ratus
Gaudet resolvi.
3. Ecclesiarum cura substituta,
Plebe sciente ista visitatus,
Ipsam moerentem blande consolatus
Pastor ovilis.
4. Docet agenda, praesagit cavenda,
Obit, fit civis gloriae coelestis,
Paulus Narbonam inde praelugentem
Nardo solatur.
5. Sit salus illi, decus atque virtus
Qui supra coeli residens cacumen
Totius mundi machinam gubernat
Trinus et unus.

Brev. Narbonense imp. Carcassonae 1535. — 3, 2 Plebem scientie.

400. De s. Paulo Narbonensi.

Ad Laudes.

- | | |
|---|--|
| 1. Didascoli discipulus
Excitantis frequentius,
Evocantis ad gloriam
Mente pertractat sedulus. | 3. Quo vita functo labili
Corpus ejus excipiunt
Alumni et sepehiant
Modo praevenabili. |
| 2. Discessurus in proximo
Liquit innixus ovibus
Paulus doctrinam omnibus
Instinctu motus optimo. | 4. Cujus vacatur hodie,
Sacer antistes, laudibus,
Enixis junge precibus
Tuos sanctorum gloriae. |

5. Deo patri et filio
Et amborum spiritui
Sit laus et nostro coetui
Ejus perpes fruitio.

Brev. Narbonense imp. Carcassonae 1535. — 1, 4 pertracta. — 4, 3
Enixos. — 4, 4 Tuis.

401. De ss. Petro et Paulo.

Ad Processionem.

1. Salve, festa dies, toto venerabilis aevo,
Qua laudes Paulo quisque dat atque Petro.
2. Quos Deus in terris nimio connectit amore,
Diligunt in coelo, quos mors non segregat.
3. Coelorum claves Petro dedit hinc Deus unus,
Quod claudat, reseret ostia laeta suis.
4. Doctorem populi Paulum statuit Deus idem,
Dispersas ut oves mox ad ovile vocet.
5. Regnant in coelo Petrus, Paulus sacrosancti,
Haec duo candelabra proxima throno Dei.
6. Et idcirco, Deus, audi voces famulorum
Ac trahe corda tibi versaque sint vitio.
7. Solve catenatos Orci sic carceris umbris
Et renova sursum, quidquid ad ima ruit.
8. Laus tibi sit, genitor, genito cum flamine sacro,
Tres licet et unus [semper] adesto Deus.

Process. ms. S. Osithae saec. 15. ex. Cod. Oxoniens. Laud. Miscell. 329.

402. De s. Petro Confessore.

In Vesp. et Noct.

- | | |
|--|--|
| 1. Clangat hymnum dulcorosum
Haec devota familia.
A te festum gaudiosum
Fit in Petri memoria. | 4. Petrus, angelus terrestris,
Mundo factus est silvestris,
Antrum petit desertorum,
Fit contemptor mundanorum. |
| 2. In coelesti hierarchia,
Ubi dulcis harmonia,
Conlaetatur in gloria
Inter sanctorum lilia. | 5. Salve pater, arca legis,
Audi preces tui gregis,
In conspectu trinitatis
Fac vivamus cum beatis. |
| 3. Caritate viscerosus
Fuit, verbo gratosus,
Miraculis operosus,
Virtutibus functuosus. | 6. Et populum commendatum
Duc ad portum praeoptatum,
Ne mergamur navigantes
Inter undas fluctuantes. |

7. Sit trinitati gloria,
Laus, honor et imperium,
Salus et sapientia,
Potestas et dominium.

Brev. ms. Piperacense anni 1440. Cod. Capit. Anicien. s. sign. — 1, 1 Plangat Hs. — 1, 2 Hic devota Hs. — 5, 1 Salva pater Hs. — 6, 1 Ut populum.

403. De s. Petro Confessore.

In Laudibus.

- | | |
|---|---|
| 1. Jubilemus in hac die
Ad Christi praeconia,
Laudes Petri recitemus
Vocali laetitia. | 4. Donat febricitantibus
Suum desiderium,
Subvenit infirmantibus
Dans gratis auxilium. |
| 2. Inter choros supernorum
Gratulatur civium,
In ordine confessorum
Vernat sicut lilium. | 5. Feminam carnis vitio
Inflammatam turpiter
Ejus sanat oratio
Hanc curans dupliciter. |
| 3. Intus ardens caritate
Claret in miraculis,
Extra pollens honestate
Multis floret titulis. | 6. Impetret nobis veniam
Praesenti exsilio
Et post aeternam gloriam
In coeli palatio. |
| 7. Deprecamur trinitatem,
Quod Petri suffragio
Videamus claritatem
Coram Dei filio. | |

Brev. ms. Piperacense anni 1440. Cod. Capit. Anicien. s. sign.

404. De sancto Piato.

- | | |
|--|---|
| 1. Solemne festum praecluit
Triumphatoris maximi
Piati, quo coelestia
Victor ascendit culmina. | 4. Docentem cum post agmina
Satelles dirus reperit,
Bibens ipsius sanguinem
Christi perfecit martyrem. |
| 2. Qui magni Dionysii
Comes junctus carissimus
Egressus Romae moenibus
Francorum dat se finibus. | 5. Oramus, martyr inclite,
Preces admitte pauperum
Ad summi regis januam,
Reportans indulgentiam. |
| 3. Hinc praedicando gentibus
Cursum Tornaco protrahit,
Christi baptismata largiens
Ecclesiasque construens. | 6. Honor, virtus et gloria
Deo patri et filio,
Simul divino flammis
In saeculorum saecula. |

Psalt. et hymn. ms. Cameracens. saec. 13. Cod. Cameracens. 35. A. — Brev. S. Petri Insulens. imp. Parisiis 1533. B. — 1, 1 festum colitur B.

405. De sancto Piato.

Ad Vesperas.

- | | |
|---|---|
| <p>1. Pange chorus in his festis
 Piat praconium,
 Gloriosi Christi testis
 Recolens martyrium,
 A primaevs sumens gestis
 Sermonis initium.</p> <p>2. Pollens prolis honestate,
 Fulgens morum radiis,
 Decens formae venustate
 Comitum prae filiis,
 Prima datur sub aetate
 Literarum studiis.</p> <p>3. Vultu simplex, verbo lenis,
 Ornatus virtutibus,
 Cor extollens a terrenis
 Adhaesit coelestibus,
 Christum pavit in egenis
 Large fuis opibus.</p> <p>4. Cujus mentem non illexit
 Fallax amor patriae,
 Sed egressus iter flexit
 Ad extrema Galliae,
 Ubi multos jam erexit
 Ad cultum justitiae.</p> | <p>5. Fervens igne caritatis
 Relictis consortibus
 Tornacensis civitatis
 Adjunctus est gentibus,
 Quas doctrina veritatis
 Traxit ab erroribus.</p> <p>6. Semen verbi salutaris
 Dante Christi famulo
 Confitetur popularis
 Turba corde credulo
 Hunc, quem partus singularis
 Nostro fudit saeculo.</p> <p>7. Corde chorus laetabundo
 Laudet regem gloriae,
 Quem Piat victo mundo
 Coronatus hodie
 Regno videt in jucundo
 Revelata facie.</p> <p>8. Collaudemus corde toto
 Tam patrem quam genitum,
 Deprecantes pari voto
 Paraclitum spiritum,
 Velo carnis ut amoto
 Fruamur post obitum.</p> |
|---|---|

Brev. ms. Tornacense saec. 14. Cod. Tornacens. XXI. A. — Brev. ms. Tornacense saec. 15. Cod. Valentianens. 98. B. — Brev. Tornacense imp. s. 1. 1497. C.

406. De sancto Piato.

Ad Laudes.

- | | |
|---|---|
| <p>1. Pange, lingua, triumphalem
 Piat constantiam,
 Qui sub poenis spiritalem
 Servans patientiam,
 Immolavit specialem
 Christo carnis hostiam.</p> <p>2. Ritum legis immutari
 Mente ferens anxiam,
 Sanctum sibi praesentari
 Passurum supplicia
 Caesar jubet vel damnari
 Peste mortis impia.</p> | <p>3. Jussu regis destinatis
 Tribus nequam servulis
 Invenitur cum renatis
 In Christo discipulis
 In plateis civitatis
 Augens fidem populis.</p> <p>4. Metu verbi saevientis
 Et angusto verbere
 Moliuntur statum mentis
 Lictores pervertere,
 Sed nec minis nec tormentis
 Valent eum flectere.</p> |
|---|---|

- | | |
|---|---|
| <p>5. Instar agni passus mortem
 Triumphat sub gladio,
 Quem divina fecit fortem
 Virtus in supplicio,
 Parem fecit et consortem
 Martyrem in gaudio.</p> | <p>6. Collaudemus corde toto
 Tam patrem quam genitum,
 Deprecantes pari voto
 Paraclitum spiritum,
 Velo carnis ut amoto
 Fruamur post obitum.</p> |
|---|---|

Brev. ms. Tornacense saec. 14. Cod. Tornacens. XXI. A. — Brev. ms. Tornacense saec. 15. Cod. Insulens. 10. B. — Brev. ms. Tornacense saec. 15. Cod. Valentianens. 98 C. — Brev. Tornacense imp. s. l. 1497. D. — 2, 5 Caesar turbet A. — 4, 2 Et augusto C.

407. De sanctis Puellis.

Ad Matutinum.

- | | |
|--|--|
| <p>1. Hymnum novum laetitiae
 Canamus regi gloriae,
 Puellae sanctae regiae
 Gaudent in coeli acie.</p> | <p>3. Haec imago prosapiae
 Duplex manet in superis,
 Actus habet iustitiae,
 Per quam videmus oculis.</p> |
| <p>2. Miratur status hominis
 De hoc monstro almifico,
 Fugat catervam daemonis,
 Fides accescit illico.</p> | <p>4. Una stipes in infimis
 Resultat vultu placido,
 Flamen habet in intimis
 Sistens cum corde lucido.</p> |
5. Trinitatis imperium
Laudemus omni tempore
Ipsiusque triclinium
Pro puellarum robore.

Brev. Tolosanum imp. Parisiis 1553.

408. De sanctis Puellis.

Ad Laudes.

- | | |
|--|---|
| <p>1. Proles ortu magnifica,
 Cunctis exstans mirifica,
 Gentem tuam multiplica,
 Exsultet aula coelica.</p> | <p>3. Sol refulgens in clipeis
 Illustrat mentes hominum,
 Assumptus ex aethereis
 Applaudit coetus virginum.</p> |
| <p>2. Stipes hujus propaginis
 Fructum donavit gratiae,
 Arbor decori germinis
 Umbram induit gloriae.</p> | <p>4. Gaude demum et, popule,
 Christo Jesu dans patriam,
 Orant pro nobis plantulae,
 Quae coeli tenent patriam.</p> |
5. Trinitatis imperium.

Brev. Tolosanum imp. Parisiis 1553.

409. De ss. Quinque Fratribus.

Ad Nocturnum.

- | | |
|---|---|
| 1. Deus, creator omnium,
Nostrum salva collegium
Per patronorum corpora,
Quae foveat Boleslavia. | 3. Perveniat omnis aetas,
Evitet mortis latebras
Hujus labentis saeculi,
Jesu redemptor saeculi. |
| 2. Jucundum sit eloquium
Nostrum simul obsequium,
Ut transferamur fervidi
Ad coenam agni providi. | 4. Concurrat omnis populus
Et laudis adsit jubilus,
Jucundo quod jucundius,
Cum veneratur Dominus. |
| 5. Ipsi laus sit et gloria,
Cui populus in latria
Semper sonet divinitus
In sanctis quinque fratribus. | |

Brev. ms. Trebonense saec. 15. Cod. Pragense. VI G 6. A. — Brev. ms. Pragense IV F 4. saec. 15. B. — 1, 4 fove B. — 3, 4 Jesu labentis saeculi B; das doppelte saeculi nach mittelalterlicher Metrik nicht fehlerhaft, weil in verschiedener Bedeutung gebraucht. — 5, 2 Qui populum in latria A: populum latera B.

410. De sancto Quintino.

Ad Vesperas.

- | | |
|--|---|
| 1. Neuma chorus hic hodie
Sonet, festum melliflue
Sancti Quintini incliti
Adest, qui martyr Domini. | 4. Funde pro nobis jugiter
Preces ad Christum dulciter,
Nostros hymnos ut audiat
Suamque dextram porrigat. |
| 2. Cujus latus clientuli
Rictiovari pessimi
Totum laesere horride
Ignis calore maxime. | 5. Per te noscamus judicem,
Malis poena terribilem,
Justis donantem gloriam
Sanctis rite mellifluam. |
| 3. Et quae lucerna splendida
Ades sanctorum gloria,
Decus sanctorum virginum
Nostrum simulque omnium, | 6. Laus sit patri mirifico
Ejusque unigenito,
Una cum sancto spiritu
In sempiterna saecula. |

Offic. ms. S Quintini saec. 16. Cod. Oxoniens. Miscell. Liturg. 313. — Alle drei Hymnen sind alt. Zur Zeit, da der Codex geschrieben wurde, war niemand fähig, in diesem Stil zu dichten.

411. De sancto Quintino.

Ad Nocturnum.

- | | |
|--|---|
| 1. Nunc cantor omnis cogitet
Odas Quintini promere
Theos volentis splendidam
Sancti videre gloriam. | 2. Quem Varus saeve Riccio
Laesit flagello pessimo,
Servus Arverni aridi,
Stantis in porta Domini. |
|--|---|

- | | |
|---|--|
| <p>3. Audire vocem meruit
 Sanctam, quae coelo sonuit:
 O Quintine, famule
 Alme, coronam accipe.</p> | <p>4. Nostra tu dele vitia,
 Martyr benigne, horrida,
 Confer virtutes, almice,
 Regi summo nos porrige.</p> |
| <p>5. Sit trinitati gloria,
 Quam Quintinus saevissimo
 Confessus est supplicio
 In sempiterna saecula.</p> | |

Offic. ms. S. Quintini saec. 16. Cod. Oxoniens. Miscell. Liturg. 313.

412. De sancto Quintino.

Ad Laudes.

- | | |
|--|---|
| <p>1. Promat phonista júbilo
 Vitae tonum cum maximo,
 Sancti in laude martyris
 Atque athletae nobilis.</p> | <p>3. Tuum calorem igneum
 Corpus portat per Dominum,
 Semper benigno gratias
 Patri ferendo maximas.</p> |
| <p>2. Tulit qui saeve verbera
 Summi pro Dei gloria,
 Regem affectans maxime
 Sanctum videre splendide.</p> | <p>4. Per te Christus nos audiat,
 Suos dilectos faciat,
 Dei amator hague,
 Regnum polorum tribue.</p> |
| <p>5. Sit trinitati gloria.</p> | |

Offic. ms. S. Quintini saec. 16. Cod. Oxoniens. Miscell. Liturg. 313.

413. In Elevatione s. Quintini.

Ad Vesperas.

- | | |
|---|--|
| <p>1. Roma Quintinum genuit
 Sed genitum evomuit,
 In Somenam absorbit
 Noverca facta filio.</p> | <p>3. Aquis lucerna mergitur,
 Celatur, non exstinguitur,
 Nec corrupto corrumpitur
 Corpus sanum a sanie.</p> |
| <p>2. Tandem mutans imperium
 In Petri sacerdotium,
 Rursus honorat filium,
 Dum ejus fit translatio.</p> | <p>4. Lustris undenis creditum
 Aqua reddit depositum,
 Quod reparat intuitum
 Inventricis Eusebiae.</p> |
| <p>5. Tu esto nostrum gaudium,
 Christe, per cujus studium
 Tamquam rosa vel lilium
 Martyr refloret hodie.</p> | |

Brev. ms. S. Quintini saec. 15. Cod. Parisien. 1267. — 5, 2 Christe rex
 ejus Hs.

414. De sancto Quintino.

Ad Laudes.

- | | |
|---|--|
| 1. Deus, tuorum militum
Donator supra meritum,
Commutans mortis debitum
Vitae perennis gaudio. | 4. Ibi cuncta praesentia
Confusionis nescia,
Ibi cuncta manentia,
Risus et consolatio. |
| 2. Ibi nihil praeteritum,
Nihil emergens subditum,
Nihil vergens ad exitum,
Nec dolor nec vexatio. | 5. Vinum reclusum dolio
Tamquam cella vinaria
Servabatur in patria
Propinandum convivio. |
| 3. Premit torcular palmitem,
Sic poena Christi militem,
Hic reclusum in dolio,
Ibi coeli cellario. | 6. Tandem in lucem editum,
In auri vase positum,
Coelestibus oppositum
Convivis est refectio. |
7. Tu esto nostrum gaudium,
Manna saporum omnium,
Nostrum ad te suspirium,
Tua nos pascat visio.

Brev. ms. S. Quintini saec. 15. Cod. Parisien. 1267.

415. De sancto Quintino.

- | | |
|--|---|
| 1. Illuxit dies annua
Qua victa mundi gloria
Martyr Quintinus rosea
Coeli scandit palatia. | 4. Tandem succiso capite
Tuo perfusus sanguine
Per ascensum purpureum
Tribunal scandis amoenum. |
| 2. Flamma, ferro et carcere
Cruciatu mirifice
Durisque tensus coelestis
Manes insuperabilis. | 5. Tibi quanta suavitas,
Quanta tibi sit gloria,
Non sufficit vox promere
Nec ulla mens conjicere. |
| 3. Vox de coelo te monuit:
O Quintine, constans esto,
Pro poena, quam nunc pateris
Confestim coronaberis. | 6. Ergo nostri memor esto,
Ut per tua suffragia
Vitantes carnis vitia
Via curramus ardua. |
7. Honor, virtus, imperium
Sit summo regi martyrur,
Quos per poenas corporeas
Transfert ad sedes placidas.

Brev. ms. Bellovacense saec. 13. Cod. S. Genovefae BB. IV^o 7. — Mel.:
= Jam Christus astra ascenderat.

416. De sancta Quiteria.

Ad Vesperas.

- | | |
|---|--|
| 1. Talentum Christe virginum,
Quiteriae praeconium
Sumas, quae post supplicia
Coeli scandit palatia. | 4. Indicante Catillio
Germani furit concio,
Ductus quasi per furiam
Persequitur Quiteriam. |
| 2. Rosa ramo progrediens,
Supra coelos prosiliens,
Collega coeli curiae
Ministrat regi gloriae. | 5. Per quam fulget Vasconia,
Fugantur et daemonia
Emergit sole clarius
Sacrae fidei radius. |
| 3. In Oriano Podio
Sacro fungens eloquio,
Pro te spernit imperia,
Virum atque virilia. | 6. Laus, honor et imperium
Detur, cui conjugium
Servavit proles Calsiae,
Mundo pugnans egregie. |

Brev. ms. S. Savini in Levitania saec. 14. Cod. Tolosan. 70. A. — Brev. ms. S. Savini saec. 14. et 15. Cod. Tolosan. 73. B. — Brev. ms. Tarbellicum saec. 15. Cod. Tolosan. 76. C. — Brev. ms. Vasatense saec. 15. Cod. Cantabrigens. Kk VI 49. D. — Brev. Vasatense imp. Vasati 1530. E. — 1, 4 scandis AB. — 4, 1 Indicante Brathilio D. — 6, 3 proles Cassiae AB.

417. De sancta Quiteria.

Ad Matutinum.

- | | |
|---|---|
| 1. Congaudens plebs Vasconiae
Impendat laudes hodie,
Nam sua vexillifera
Post palmam subit supera. | 3. Auditus regi redditur
Lumenque, Deo creditur
Per hujus mirabilia,
Convertitur gens nimia. |
| 2. Ab angelis revincitur,
Dum carcere recluditur,
Miracula ingentia
Divina prompsit gratia. | 4. Dum truncaretur vertice,
Tulit palmis mirifice
Busto ejus fons liquitur,
Quo salus aegris redditur. |
| 5. Summae Deus clementiae,
Da nobis locum veniae,
Qui beatae Quiteriae
Dedisti stolam gloriae. | |

Brev. ms. S. Savini in Levitania saec. 14. Cod. Tolosan. 70. A. — Brev. ms. S. Savini in Levitania saec. 14. et 15. Cod. Tolosan. 73. B. — Brev. ms. Tarbellicum saec. 15. Cod. Tolosan. 76. C. — Brev. ms. Vasatense saec. 15. Cod. Cantabrigens. Kk VI 49. D. — Brev. Vasatense imp. Vasati 1530. E. — 4, 3 Busto ejus fons liquitur D; Busto civis dum loquitur E. — Str. 5 lautet in DE: Laus honor et imperium wie beim vorhergehenden Hymnus.

418. De sancta Quiteria.

Ad Laudes.

- | | |
|--|---|
| 1. Multitudo gentilium
In coetum currit virginum,
Erant milia milium
Negantes Dei filium. | 4. Columbiani sepulchrum
In monte est marmoreum,
Curatur omne morbidum
Et removetur pessimum. |
| 2. Dixit Germanus omnibus:
Nec prece nec muneribus
Evadat nostris manibus,
Moriatur sanguinibus. | 5. Favus distillans oleum,
Salus effecta omnium,
Vasconiae philorsium,
Sis venia peccaminum. |
| 3. Caput supponit dulciter
Gladío ac humiliter,
Omnes confortat fortiter,
Ut sint fortes viriliter. | 6. Sic virgo ferens gaudium
Perducitur ad solium
Regni coelestis inclitum
Nunc atque in perpetuum. |
7. Sit laus patri etc.

Brev. ms. S. Savini in Levitania saec. 14. Cod. Tolosan. 70. A. — Brev. ms. S. Savini saec. 14. et 15. Cod. Tolosan. 73. B. — 4, 1 in sepulchrum AB. — 5, 1 Tanus distillans A. — 5, 2 effecta fehlt A. — 5, 4 veniam AB.

419. De sancta Quiteria.

In 1. Vesperis.

- | | |
|--|---|
| 1. Exsultet aula regia
De virgine Quiteria,
Quae post carnis supplicia
Coeli scandit palatia. | 3. Post triumphum martyrii
Portarunt eam angeli
Ante conspectum Domini,
Unde gaudent omnes sancti. |
| 2. Haec virgo regis filia,
Urbe orta Blancagia,
Jussione angelica
Valle jacet Aufragia. | 4. Per ejus mirabilia
Salus datur et venia
Cunctis, qui in Vasconia
Ejus quaerunt suffragia. |
5. Summae Deus clementiae,
Da nobis locum veniae,
Qui beatae Quiteriae
Dedisti stolam gloriae.

Brev. Vasatense imp. Vasati 1530. — 2, 2 Blacagia.

420. De sancta Quiteria.

In 2. Vesperis.

- | | |
|--|---|
| 1. Exsultet aula regia,
Laetetur et Vasconia,
Dum recolit ecclesia
Quiteriae praeconia. | 2. Quae primitus Blancagiae,
Demum vallis Aufragiae
Incola fit sub requie
Angelicae custodiae. |
|--|---|

- | | |
|---|--|
| <p>3. Quanta sint hujus praemia,
Monstratur per indicia
Miraculis fulgentia
Et signis corruscantia.</p> <p>4. Cujus tumba dat rivulum
Aquaë vivaëque poculum,
Fit ad sanandum populum
Contra morbi periculum.</p> | <p>5. O veneranda domina,
Virgo felixque femina,
Coeli quae scandis culmina,
Nostra sume precamina.</p> <p>6. Aufer morbi molestiam,
Confer salutis gratiam,
Tolle culpaë miseriam,
Infunde lucis gloriam.</p> <p>7. Praesta, pater eximie,
Dux et amor Quiteriae,
Ut suae vis instantiae
Coeli jungat nos curiae.</p> |
|---|--|

Brev. Vasatense imp. Vasati 1530. — 2, 1 Blanchagiae. — 7, 3 Ut fehlt.

421. De sancta Quiteria.

Ad Vesperas.

- | | |
|--|---|
| <p>1. Hymnum praesens canat turba
Dulci Deo symphonia,
Dum refert solis orbita
Quiteriae solemnita.</p> <p>2. O beata tu puella,
Sponsa Christi Quiteria,
Attende nostra cantica
Et dulcia suspiria.</p> <p>3. Nefanda nostra crimina
Pelle prece assidua,
Ne pro eis tartarea
Sentiamus flagitia,</p> | <p>4. Sed cum justis politica
Comprehendamus bravia,
Tympanizantes organa
Melodum consonantia.</p> <p>5. Tunc infulta ope tua,
Virgo Christi eximia,
Haec plebs rea Christipara
In coeli regnet curia.</p> <p>6. Ubi regentis omnia
Consatiemur gloria
Sua favente gratia
Per saeculorum saecula.</p> |
|--|---|

Brev. ms. Tutelense saec. 14. Cod. Parisien. 278. Die Hs. schreibt überall Quinteria.

422. De sancta Quiteria.

Ad Matutinum.

- | | |
|--|---|
| <p>1. Nocturnum hymnum pangite
Et regi vota solvite,
Qui talem habet famulam,
Laudabilem Quiteriam.</p> <p>2. Te rector cosmi unice
Hymnizonantes hodie,
Da prius illis veniam
Et post videre gloriam.</p> | <p>3. Qua fruamur perpetue,
Hoc virgo nobis obtine,
Quam elegit in sponsulam
Christus et suam sociam.</p> <p>4. O quam felices nuptiae
Sunt agni et ecclesiae,
Cum terget Deus lacrimam
Ab electis omnimodam.</p> |
|--|---|

- | | |
|---|--|
| <p>5. Per merita Quiteriae,
Tuae dilectae famulae,
Christe, nos vesti trabeam
Nuptialem pulcherrimam.</p> | <p>6. Qua induti nos strenue
Utamur bonis gloriae,
Cantantes tibi coelicam
Quiteriaeque gloriam.</p> |
| <p>7. Gloria tibi, Domine,
Qui das coronam gloriae,
Qui virginem Quiteriam
Assumpsisti in gloriam.</p> | |

Brev. ms. Tutelense saec. 14. Cod. Parisien. 1278. — 5, 3 nos venisti Hs.

423. De sancta Quiteria.

Ad Laudes.

- | | |
|--|--|
| <p>1. Lux oritur gratissima,
Qua plaudit aula coelica
Mundique simul fabrica
Cum ingenti laetitia.</p> | <p>4. Sed nunc aeterna laurea,
Rosis liliisque consita,
Coronatur in gloria
Et habet diva oscula.</p> |
| <p>2. Quia solaris rotula
Reduxit nobis gaudia,
Sponsae Dei, praemaxima
Quiteriae solemnia.</p> | <p>5. Adstat in regis dextera
Induta veste aurea
Virgo Christi sanctissima,
Dulcedine circumdata.</p> |
| <p>3. Haec facta est acephala,
Quia spreuit connubia
Nequam viri mortalia
Et fraudulenta oscula.</p> | <p>6. Ergo tu patrem, filia,
Tuum sponsum tu flagita,
Tu suscipe precamina
Nostra, virgo Quiteria.</p> |

7. Sit summo patri gloria,
Ejus nato perpetua,
Paradiso laetitia
Per infinita saecula.

Brev. ms. Tutelense saec. 14. Cod. Parisien. 1278.

424. De sancta Radegunde.

Ad Vesperas.

1. Mire cunctorum sator et redemptor,
Siderum, terrae, maris atque rector,
Omnium laudes tibi personantum
Solve reatum.
2. Vase qui gemmas fragili recondis,
Viribus fluxas, animo pudicas
Feminas reddens facis atque claros
Ferre triumphos.
3. Quasque in sexu fragiles videmus,
Praerogativa meriti coronas,
Incolas regni facis et perennes
Esse superni.

4. Cum quibus regnat Radegundis alma,
Inclitum cujus in honore festum
Mente devota celebrando dignas
Canimus odas.
5. Quae suo nobis veniam precatu
Impetret casto comitata coetu
Atque coelestem retinere secum
Postulet arcem.
6. Laus patri summo genitoque proli,
Flamini nec non ab utroque fuso
Sit salus perpes honor atque virtus
Omne per aevum.

Brev. ms. Pictaviense saec. 15. Cod. Pictaviens. 39. A. — Brev. ms. ss. Trinitatis Pictaviens. saec. 15. Cod. Semin. Pictaviens. s. n. B. — Brev. ms. Lingonense saec. 15. Cod. Calmontan. 26 (Inv. Robert) C. — Cod. Parisiens. 1146 saec. 15. D. — 4, 1 Radegundis sancta A; regnat Anna beata B. — 5, 2 communicante coetu D.

425. De sancta Radegunde.

- | | |
|---|--|
| <ol style="list-style-type: none"> 1. Ut Christus, schema virginum,
Noxas relaxet criminum
Tibi posce cantantibus
Piis, regina, precibus. 2. Quae claro fusa genere,
Celsa regum progenie,
Terrae spernens divitias
Mente subisti coelicas. 3. Terreno juncta principi,
Regina venerabilis,
Despectis saecularibus
Inhiabas coelestibus. | <ol style="list-style-type: none"> 4. Et tot in mundo lucidis
Corruscasti miraculis,
Esset ut tui obitus
Praevisitator Dominus. 5. Quae ergo coeli solio
Jam laetaris cum Domino,
Nobis posce remedium
Repressa labe criminum. 6. Salus et jubilatio,
Virtus et benedictio
Sit incessanter omnia
Trinitati per saecula. |
|---|--|

Brev. ms. Lucionense saec. 14. Cod. Parisien. 1033. A. — Brev. ms. Pictaviense saec. 15. Cod. Pictaviens. 39. B. — Brev. ms. Lingonense saec. 15. Cod. Calmontan. 26. C. — Cod. Parisiens. 1146. saec. 15. D. — 2, 4 subijci D. — 3, 4 Inhiabat A; inhiabas D. — 4, 1 Et toti mundo A; Ut tot in mundo B. — 4, 2 Corruscanti D, corruscati B. — 5, 4 Expresse A.

426. De sancta Radegunde.

Ad Laudes.

- | | |
|---|---|
| <ol style="list-style-type: none"> 1. Corde puro famulorum
voces supplicantium
Hac in die corruscanti
reginae miraculis
Supra astra, rex, intende
residens mirifice. | <ol style="list-style-type: none"> 2. Cujus amor corda ligat
virginum castissima
Atque sponsas sic dissolvit
viorum connubio,
Ut Deo placere queant
potius quam saeculo. |
|---|---|

3. Ex quibus nobis refulget
Radegundis inclita,
Quae perpulchra velut rosa
inter flores consita
Terreno rege relicto
juncta est regi Deo.
4. Cui sponso gaudet nupta
regina sanctissima,
A quo pudor custoditur
sine sorde integer,
Et corona meritorum
redditur eximium.
5. Hunc placatum reddat nobis
precibus sanctissimis,
Quem devotis postulamus
supplicando vocibus,
Ut sanctorum mereamur
sociari coetibus.
6. Deo patri, verae proli
sanctoque spiritui
Juge decus et potestas
perpes et imperium,
Aequus honor et perennis
hic et in perpetuum.

Brev. ms. Lucionense saec. 14. Cod. Parisiens. 1033. A. — Brev. ms. Pictaviense saec. 15. Cod. Pictaviens. 39. B. — Brev. ms. Lingonense saec. 15. Cod. Calmontan. 26. C. — Cod. Parisiens. 1146. saec. 15. D. — 1, 2 Votis supplicantium A. — 3, 3 Quae pulchra D. — 3, 4 flores rosida AB.

427. De sancta Radegunde.

1. Regum Deus rex omnium,
Qui cuncta solus ordinans,
Audi tuorum, quaesumus,
Voces placatus supplicum.
2. In ista die maxime,
Qua Radegundis funditus
Terrena linquens omnia
Migravit ad coelestia.
3. Haec est virago nobilis,
Quae blandimenta saeculi
Ac principis Chlotarii
Thorum pudica respuit.
4. Plus casta mallens vivere
Sub serio velamine,
Quam purpurata fieri
Regina tanti principis.
5. Nullus fateri praevallet,
Quantum bonis in actibus
Renuntiato saeculo
In hoc loco refloruit.
6. O quam beata civitas,
Pictavis, esse cerneris,
Quae tam sacratae feminae
Corpus humatum possides.
7. Cujus polo feliciter
Quiescit almus spiritus,
Pro hujus urbis incolis
Funde preces altithrono.
8. Pro quo replemur gaudio
Omnes inenarrabili,
Laudes superno numini
Pangamus ore consono.

Brev. ms. S. Trinitatis Pictaviens. saec. 15. Cod. Semin. Pictaviens. s. n. — 6, 4 Corpus humanum Hs. — 7, 3 orbis Hs.

428. De sancto Raphaelē.

Ad Vesperas.

1. Exsultet coelum gaudiis,
Sonemus ex praecordiis
De Raphaelis gloria
In summa coeli curia.
2. Cantemus illud canticum
Coeleste et seraphicum
Ter sanctus, propter mysticum
Principatum hierarchicum.

- | | |
|---|--|
| <p>3. Omnesque coeli milites,
 Illustres magis principes,
 Quorum sunt nota nomina,
 Merentur laudum carmina.</p> | <p>4. Ut Deus quis sonat Michael,
 Ut fortis sonat Gabriel,
 Salutis dona Raphael,
 Laudatur his Emmanuel.</p> |
| <p>5. Totius orbis Domino,
 Applaudat coeli curia,
 Cum Raphaele jubilans
 In sempiterna gloria.</p> | |

Brev. Herfordense imp. Rotomagi 1505.

429. De sancto Raphaele.

Ad Nocturnum.

- | | |
|---|---|
| <p>1. Aeternam coeli gratiam
 Per angelorum operam,
 Christicolae, hic currite
 Concelebrantes dulciter.</p> | <p>3. Humani hostis generis
 In sanctum saevit pessime
 Tobiam caecum, pauperem,
 Captivumque captivavit.</p> |
| <p>2. Terrorem spernunt saeculi
 Et carnales illecebras,
 Vim et devincunt daemonum
 Juvando mirabiliter.</p> | <p>4. Sanctorum Saram filiam
 Opprobriis tunc notavit,
 Septemviram finaliter
 Raphael demum sanavit.</p> |
| <p>5. Laus patri sit cum filio
 Una cum sancto spiritu,
 Qui angelorum coetibus
 Conjungat nos in exitu.</p> | |

Brev. Herfordense imp. Rotomagi 1505. — 2, 1 tremit saeculi. — 3, 2 saevit piissime. — 4, 4 demum ergänzt.

430. De sancto Raphaele.

Ad Laudes.

1. Celsorum civium inclita gaudia
 Canamus, socii, factaque fortia,
 Nam decet, animus ut canat dulciter
 Coelorum laudes principi.
2. Hi sunt praecipui regnorum praesides,
 Arcendo daemones nunquam sunt desides,
 Resistunt aemulis ut fortes milites,
 Gigantum genus optimum.
3. Praesunt hi proeliis morte luctantium,
 Impugnant spiritus sine vecordia,
 Concurrunt concito, mens bene conscia
 Reportet ut victoriam.

4. Quae vox, quae poterit scriptura texere,
Quae sanctis angelis dantur in munere,
Ut suos milites possint protegere
Recto coelo dirigere.

5. Te, summa deitas, devote poscimus,
Ut culpas singulas et poenam auferas,
Cum sanctis angelis nostra sit gloria
Per cuncta semper saecula.

Brev. Herfordense imp. Rotomagi 1505. — 1, 1 Excelsorum. — 3, 1 morte juvantium. — 4, 4 Ac recto tramite coelo dirigere.

431. De sancto Renato.

Ad Vesperas.

- | | |
|---|--|
| 1. Laudes, praesul sanctissime,
Praesentat nostra concio,
Renate clementissime,
Tibi, fortis opilio. | 4. Nam tua praedicatio
Caritatis piissimae
Fuit ovibus potio
Reficiens aptissime. |
| 2. Qui positus in proelio
Hujus vitae durissimae
Expulso mortis vitio
Certasti fidelissime. | 5. Placuit libentissime
Christo supplex oratio,
Rigor sortis artissimae
Tuaque sollers actio. |
| 3. Custodisti dulcissime,
Ne luporum oppressio
Raperet crudelissime
Temet et gregem otio. | 6. Cujus propitiatio
Rogantes intensissime
Confortat, quos petitio
Tua fovet carissime. |
| 7. Funde preces, mitissime,
Patris ut congregatio
Locetur amoenissime
Tecum coeli palatio. | |

Brev. ms. Andegavense saec. 15. Cod. Massiliens. Eb 303. A. — Brev. ms. Andegavense saec. 15. Cod. S. Genovefae Parisiens. BBl. VIII. 24.² B. — Hymn. ms. Andegavens. saec. 14. Cod. Andegavens. 105 add. saec. 15/16. C. — Hymn. ms. Andegavens. saec. 14. Cod. Andegavens. 106. add. saec. 15/16. D. — Brev. Andegavense imp. Rotomagi 1504. E. — Man beachte bei diesem und den beiden folgenden Liedern den Reim.

432. De sancto Renato.

Ad Nocturnum.

- | | |
|---|---|
| 1. Jubila, fac tripudium,
Ducatus Andegaviae,
Qui Renatum propitium
Habes praesulem patriae. | 2. Sordes omnis inaniae
Fugit relinquens otium,
Militavit in acie
Sternendo nocens vitium. |
|---|---|

- | | |
|---|--|
| <p>3. Oppressis in auxilium
Fuit et laeta facie,
Pauperes in hospitium
Ducebat fovendo pie.</p> | <p>4. Debiles plenos macie,
Caecis ferens solatium,
Sanabat, data sacie
Cuilibet egentium.</p> |
|---|--|
5. Decus, honor, imperium
Et laus coelorum usiae,
Qui dat Renato gaudium
Immensae suae gloriae.

Brev. ms. Andegavense saec. 15. Cod. Massiliens. Eb. 303. A. — Brev. ms. Andegavense saec. 15. Cod. S. Genovefae Parisiens. BBl. VIII. 24.² B. — Hymn. ms. Andegavens. saec. 14. Cod. Andegavens. 105. add. saec. ¹⁵/₁₆. C. — Hymn. ms. Andegavens. saec. 14. Cod. Andegavens. 106. add. saec. ¹⁵/₁₆. D. — Brev. Andegavense imp. Rotomagi 1504 E.

433. De sancto Renato.

Ad Laudes.

- | | |
|---|--|
| <p>1. Clangat tuba canentium,
Latriam sonet sophiae,
Promant Renati praeium
Philocali hac in die.</p> | <p>3. Hic director simplicium
Amatorum scientiae
Fuit, semper incendium
Exstinguens avaritiae.</p> |
| <p>2. Decessit infans anxie
Sine dono credentium,
Quem suscitavit proprie
Maurilii subsidium.</p> | <p>4. Pontis ex superficie
Pulsus in aquae medium
Mortem fugit innoxie
Renati per prodigium.</p> |

5. Decus, honor, imperium.

Brev. ms. Andegavense saec. 15. Cod. S. Genovefae Parisiens. BBl. VIII. 24.². A. — Hymn. ms. Andegavens. saec. 14. Cod. Andegavens. 105. add. saec. ¹⁵/₁₆. B. — Hymn. ms. Andegavens. saec. 14. Cod. Andegavens. 106. add. saec. ¹⁵/₁₆. B. — Brev. Andegavense imp. Rotomagi 1504. D.

434. De sancto Regulo.

Ad Vesp. et Noct.

1. Rex Christe regum, sanctorum corona,
Totius actor elementi pius,
Nostris faveto vocibus clementer
Aure benigna.
2. Qui nobis clarum deputasti lumen
Miscenis ortum schemate praeclaro,
Praecluit pastor undique refulgens,
Regulus almus.

3. Qui prius mitem jure sublimasti
Pontificali denique nitore,
Apostolorum adiitque Romam
Fultus amore.
4. Petri successor clara mente Clemens
Quem velut Dei angelum suscepit,
Gratias Christo offerens devotas
Poplite curvo.
5. Cum coetu statim patrum beatorum
Ad Galliarum horrida spineta
Ritu gentilique nimis infecta
Miserat illum.
6. Lampas accensa in montis excelsi
Vertice pollens, ad eam cucurrit
Omnis plebs terrae, quam Deo sacrauit
Fonte lavacri.
7. Patri aeterno, proli immortalī
Cum sancto flatu gloria perennis,
Honor et decus, laus et virtus semper,
Cultus in aevum.
8. Amen creata ferant simul cuncta,
Quae polo, ponto manent atque solo,
Quae trina Dei gubernat majestas,
Celsa et ima.

Brev. ms. Silvanectense saec. 15. Cod. Parisiens. 1268. A. — Brev. ms. Silvanectense saec. 15. Cod. S. Genovefae Parisiens. BBL. VIII. 22. B. — Brev. ms. Silvanectense imp. s. l. 1486. C. — 2, 3 Praecluis AB.

435. De sancto Regulo.

Ad Laudes.

1. Ecclesiarum populus sacratus
Plantavit promptim fundamenta Christo,
In quibus jugis laus et honor Deo
Lucet in aevum.
2. Caecorum cohors, concio surdorum,
Claudorum venit audientes signa
Miraculorum, quos et sanitati
Reddidit omnes.
3. Pervigil pastor, justus et quietus,
Nobis a Deo deputatus praesul,
Pabulo verbi nos abunde fultos
Obtulit agno.

4. Cujus ad finem angelorum sancta
Adstans caterva reserato polo,
Immaculatam creatori Deo
Praesulis offert.
5. Patri aeterno, proli immortalī
Cum sancto flatu gloria perennis,
Honor et decus, laus et virtus semper,
Cultus in aevum.
6. Amen creata ferant simul cuncta,
Quae polo, ponto manent atque solo,
Quae trina Dei gubernat majestas,
Celsa et ima.

Brev. ms. Silvanectense saec. 15. Cod. Parisiens. 1268. A. — Brev. ms. Silvanectense saec. 15. Cod. S. Genovefae Parisiens. BBl. VIII. 22. B. — Brev. Silvanectense imp. s. 1 1486. C. — 4, 1 sancto A.

436. De sancto Richardo.

Ad Vesperas.

1. Ut fons fecundus, per quem vivit mundus,
Nos corde mundo oreque facundo
Det te laudare, Dominum precare,
Sancte Richarde.
2. Tu mente mitis, verae palmes vitis,
Viti cohaerens, multum fructum ferens,
Odorem Christi per mundum sparsisti
Mystica narde.
3. Samaritanus, cujus cura sanus
Est semivivus, tu es vere vivus,
Conserva servos tuos, ut protervos
Vincant conatus.
4. Impetra reis, quidquid nocet eis,
Dimitti sibi, ut conjuncti tibi
Possint gaudere, ubi gaudet vere
Coetus beatus.
5. Placeat, Christe, tibi chorus iste,
Sancti Richardi meritis ne tardi
Cursus fraudetur coena, quae debetur
Celeritati.
6. Dent trinitati laudes, qui beati
Richardi laeti congaudent quieti,
Coelesti sursum post felicem cursum
Jam coronati.

Psalt. Cantuariense saec. 13/14. Cod. Oxoniens. Laud. Lat. 95. add. saec. 14. — 5, 1 Placet Hs. — 6, 4 Jam coronari Hs. — Mel.: Ut queant laxis.

437. De sancto Richardo.

Ad Nocturnum.

- | | |
|---|---|
| <p>1. Pange, lingua, gloriosi
Praesulis sollemnia,
Respicientis vitiosi
Vana mundi gaudia,
Carnis et hostis dolosi
Potiti victoria.</p> | <p>4. Quanta possit apud Deum
Probant mirabilia
Facta frequenter per eum
Laeta jam per milia,
Ut per annum jubilaum
Relaxantur omnia.</p> |
| <p>2. Summi regis imitatus
Richardus vestigia,
Viator immaculatus
Currrens per compendia,
Est hac luce sublimatus
Ad coeli palatia.</p> | <p>5. Surdi, muti, destituti
Quibuscunque sensibus
Sua prece restituti
Suis gaudent usibus,
Mente capti sunt saluti
Dati, claudi gressibus.</p> |
| <p>3. Quem divina decoravit
Multiformis gratia,
Sacramenta dispensavit
Digna reverentia,
Tanto patre respiravit
Praesens haec ecclesia.</p> | <p>6. Per Richardum trinitati
Laus, honor et gloria,
Et nos ejus confortati
Jucunda memoria
Sentiamus sui nati
Paterna suffragia.</p> |

Psalt. ms. Cantuariense saec. 13/14. Cod. Oxoniens. Laud. Lat. 95. add. saec. 14. — 4, 2 Praestant mirabilia Hs. — Mel.: Pange lingua.

438. De sancto Richardo.

Ad Laudes.

- | | |
|--|--|
| <p>1. Christi praesul pretiose,
Richarde sanctissime,
Charitatis viscerosae
Nunc in coelis maxime,
Psallentes affectuose
Tibi culpis exime.</p> | <p>3. Exemplum fac imitari
Tuae patientiae,
Ut nos tecum gloriari
Des in pace patriae,
Aquam vino fac mutari
Laboremque requie.</p> |
| <p>2. Totus mundus sit jucundus
In tuis sollemnibus,
Qui sanctorum laetabundus
Interes convivis,
Per quem nobis sit secundus
Cursus vitae labilis.</p> | <p>4. Vivis enim sociatus
Civibus angelicis,
Pater pie, Deo gratus,
Coeli de domesticis,
Per te furor mitigatus
Sit venturi judicis.</p> |

5. Collaudemus Trinitatem
Sanctam individuum,
Qui Richardo claritatem
Contulit perpetuam,
Per quem nobis pietatem
Conferat assiduam.

Psalt. ms. Cantuariense saec. 13/14. Cod. Oxoniens. Laud. Lat. 95. add. saec. 14.

439. De sancta Rictrude.

- | | |
|---|---|
| <p>1. Regi Christo salvatori
Laudes promamus singuli,
Celebrando festa digne
Sanctae Rictrudis gloriae.</p> | <p>4. Noster chorus solemnibus
Hanc veneretur laudibus,
Sitque dies haec annua
In affectu continua.</p> |
| <p>2. Amandus praesul inclitus
Hanc adspiratam coelitus
Contemnere terrestria
Sua fecit prudentia.</p> | <p>5. Gratuletur in Domino
Fidelium devotio
Jugi volvens memoria,
Quanta sint haec solemnia.</p> |
| <p>3. Post spretam mundi gloriam
Deus adauxit gratiam,
Pro caducis manentia,
Pro luctu reddens gaudia.</p> | <p>6. Ave matrona nobilis,
Opem procures servulis,
Qui in terris continua
Tibi reddunt obsequia.</p> |
7. De supernis fer gratiam
Et nos reduc ad patriam,
Ubi Dei essentia
In cunctis erit omnia.

Psalt. ms. Marchianense saec. 9. Cod. Duacens. 170. add. saec. 10. A. — Brev. ms. Marchianense saec. 12. Cod. Duacens. 134. add. saec. 13/14. B. — Brev. ms. Marchianense saec. 13. Cod. Duacens. 138. C. — Der Hymnus ist von Huchald, indes, wie es scheint, überarbeitet. In A hat nämlich eine Hand des 10. den Hymnus eingeschrieben, eine Hand des 12. aber hat Str. 2, 3, 4 und 5 ausradiert und neugeschrieben. Nun haben Str. 2, 3, 4, 7 klingenden Reim, 1, 5, 6 stumpfen. — 7, 2 Et hos reduc A.

440. De sancta Rictrude.

1. Christe, salvator hominumque rector,
Palma justorum, decus et corona,
Supplicum laudes pariterque vota
Suscipe clemens.
2. Carminis dulcem resonemus hymnum
Et tibi grates ferimus canentes,
Mente devota celebrando sacrae
Festa matronae.
3. Quae piis vitae meritis refulsit
Et tibi semper studuit placere,
Grata persistens famulando, digna
Munere celso.
4. Respuens mundum fragilem, caducum
Arduum culmen penetravit, almis
Moribus vitam decorans honestam
Te venerando.

5. Ergo Rictrudis, speciosa mater,
Flore virtutum rutilans decenter,
Praebuit multis iter ad superna
Regna polorum.
6. Unde gratanter jubilans in astris
Praemiis felix fruitur beatis
Atque cum sanctis radians corruscet
Luce perenni.
7. Ejus obtentu petimus, benigne,
Criminum culpis veniam ferendo
Gaudium nobis tribuas salubre
Omne per aëvum.
8. Gloriam patri resonemus omnes,
Et tibi, Christe, genite superne,
Cum quibus sanctus simul et creator
Spiritus regnat.

Psalter. ms. Marchianense saec. 9. Cod. Duacens. 170. add. saec. 10. —
Das Lied ist von Huchbald. — 5, 2 Florem Hs. — Die Doxologie nur an-
gefangen Hs.

441. De sancto Rocho.

1. Rochi conjubilent omnia laudibus,
Axis stelliferi regia gaudeat,
Et mundi teretis concrepet orbita,
Sit vox una canentium.
2. Felix illa suo gaudeat hospite,
Haec patrocinio floreat inclito,
Rochum nam medicum nunc habet optimum,
Qui pestem fugat horridam.
3. Hic qui cuncta simul pauperibus bona
Et sese miseris subsidium dedit,
Aegros mirifico sublevat omine,
Non herba cruce sed sacra.
4. Haec illi merito gratia reddita,
Summo qui studio cordeque fervido
Res et delicias stemmaque gloriae
Sprevit nil retinens sibi.
5. Hujus praesidium rebus in arduis
Poscamus pavido pectore singuli,
Si perfecta fides mensque sit integra,
Nobis mox aderit pius.
6. Te, simplex deitas trinaque poscimus,
Ut Rochi meritis noxia subtrahas,
Des pacem famulis, nos quoque gloriam
Per cuncta tibi saecula.

Brev. Sleswicense imp. Sleswici 1512. A. — Psalt. et hymn. ms. saec.
14. Cod. Tolosan. 72. B. letzteres auf dem Vorsetzblatte und nur teilweise;
es fehlen 1, 3 und 4, Str. 5 und 6.

442. De ss. Saviniano et Potentiano.

- | | |
|--|--|
| <p>1. Metropolis urbs Senonum,
Cultrix sacrorum canonum,
Dempta cultura daemonum
Savinianum patronum
Ejusque comilitonum
Coetum fidei tironum
Ut collaudet, est consonum,
Tantum consecuta bonum.</p> | <p>3. Idolorum tecta ruunt,
Sed Dei templa construunt,
Illic servos instituunt,
Salutem aegris tribuunt,
Ad ipsos multi confluunt,
Quos per baptismum abluunt
Et armis lucis induunt,
Quod plures urbes innuunt.</p> |
| <p>2. Illi linguae Hebraicae
Factae sunt post deificae
Ac gentis apostolicae,
Hanc urbem, quae in apice
Pollet telluris Gallicae,
Intrant, cruces in silice
Sculpunt urbis Senonicae,
Quae patent adhuc publice.</p> | <p>4. Obscuro clausi tegmine
Sanantur a discrimine
Fustis, Deo et homine
Viso cum magno lumine,
Revelato Petri fine,
Mortem ensis acumine
Passi suo in ordine
Nunc in coeli sunt agmine.</p> |
5. Savinianus, Altinus,
Potentianus, Vicinus,
Noster sanctus Victorinus,
Eoaldus, Serotinus,
Aurem benignam protinus
Apponant nobis, quatinus
Ignoscat nostrum facinus,
Qui vivit unus et trinus.

Brev. Senonense imp. Parisiis 1519. — 1, 6 Centum fidei.

443. De sancto Savino.

Ad Vesperas.

- | | |
|--|--|
| <p>1. Laetentur mundi climata,
Quae dudum erant perdita,
Jam nunc ad vitam reddita,
Et Christo cantent principi.</p> | <p>3. De partibus Hispaniae
Ad vallem Levitaniae
Missus defensor patriae,
Ut nos a morte liberet.</p> |
| <p>2. En tellus Levitanica,
Gaude et psalle cantica,
Nam Savinus jam coelica
Securus dona possidet.</p> | <p>4. Juventutis in tempore
Mundum discens contemnere
Et Christo se conjungere
Viam nocendi deserit.</p> |

5. Vitam duxit in eremo,
In loco frigidissimo,
Tugurio strictissimo
Vitae perennis gratia.

6. Summo patri sit gloria,
Verbo cum spiritu, gaudia
Donet nobis cum gratia
In sempiterna saecula.

Brev. ms. S. Savini in Levitania saec. 14. Cod. Tolosan. 70. A. — Brev.
ms. S. Savini saec. 14. et 15. Cod. Tolosan. 73. B. — 5, 2 Eine Silbe zu
viel AB.

444. De sancto Savino.

Ad Matutinum.

1. Mundi redemptor optime,
Christe Jesu, rex gloriae,
Adesto nobis, Domine,
Precamur omni tempore.
2. Savine, sidus aureum
Et monachorum speculum,
Audi vota precantium
Te devote fidelium.

3. Te quaesumus, sanctissime
Pater et dux egregie,
Preces nostras suscipere
Digneris clementissime.
4. Savine, tuis famulis
Subveni nunc, quos conspicis
Irretitos in laqueis
Chelydri, feri daemonis.

5. Summo patri ingenito
Ejusque unigenito
Et cum pio paraclito
Laudes demus in saecula.

Brev. ms. S. Savini in Levitania saec. 14. Cod. Tolosan. 70. A. — Brev.
ms. S. Savini saec. 14. et 15. Cod. Tolosan. 73. B. — 1, 3 nobis fehlt A. —
5, 4 Laudemus in saecula B.

445. De sancto Savino.

Ad Laudes.

1. Gaude, mater ecclesia
Et tota Levitania,
Nam hodie ad coelica
Savinus transit gaudia.
2. Savinus vir catholicus
Et totus apostolicus,
Amori Christi deditus
Reliquit mundum penitus.
3. Religionis speculum,
Monachorum praesidium,
Tristis confert solatium
Et omnibus auxilium.

4. Immundos iste spiritus
Ab obsessis corporibus
Fugabat quidem penitus
Suis orationibus.
5. Vitam duxit in eremo
In paupere tugurio
Sine omni peculio
In habitu asperissimo.
6. Laudes demus altissimo,
Summo patri cum filio
Et cum pio paraclito
In sempiterna saecula.

Brev. ms. S. Savini in Levitania saec. 14. Cod. Tolosan. 70. A. — Brev.
ms. S. Savini saec. 14. et 15. Cod. Tolosan. 73. B. — 3, 3 Tristibus confert A.

446. De XXIV Senioribus.

Ad Vesperas.

- | | |
|---|--|
| <p>1. Coeli porta reseratur,
Dum arcanum revelatur
Zebedaei filio,
Qui dum exsul Pathmos intrat,
Deus verus nova monstrat
Praesuli sanctissimo.</p> <p>2. Hic dum orans contemplatur,
Missus coelo secum fatur
Secretorum nuntius,
Dicens: Veni, vide, scribe
Haec, quae Deus mittit ad te
Arguens ecclesias.</p> <p>3. Sessor sedis viret, rubet,
Coeli, terrae cuncta jubet
Homo Deus circulo,
Viret Deus, rubet homo,
Christus mundum lapsum pomo
Patri reconciliat.</p> | <p>4. Sedis gyrum iris cingit,
Mater Christi dum nos tingit
Donis patrocinii,
Pacis foedus iris notat,
Imber mundum quando rotat
Cataclismo fervido.</p> <p>5. Paradisus voluptatis,
Fulgor fixae caritatis
Virgo mater exstitit,
Nitor summae pietatis,
Mundae ebur castitatis,
Namque Deum genuit.</p> <p>6. Quater senos collaudemus,
Mundas laudes praesentemus
Dulci ex praecordio,
Nostros iuges advocatos,
Thronis celsis coeli datos,
Praeregales proceres.</p> <p>7. Confer, pater, sospitatem,
Nate summe, veritatem
Sauciis fidelibus,
Sancte flatus, ubertatem
Trine Deus, claritatem
Semper in coelestibus.</p> |
|---|--|

Brev. Lubicense imp. absque.

447. De sancto Severino.

Ad Matutinum.

1. Dulcibus laeti modulis canamus
Hac die nobis nimium colenda,
Qua triumphato Severinus orbe
Astra petivit.
2. Hic pius pastor gregis atque tutor
Lux fuit caecis baculusque claudis,
Signaque fecit Domino favente
Plurima terris.
3. Quique non parvis meritis refulgens,
Membra jam lecto positus, movetur
Nuntio coeli, patriam relinquens
Burdegam ire.

4. Ut pio regi populi catervas
Fraude seductas nocui draconis
Iste doctrinae dapibus refertas
Redderet omnes.
5. Sit Deo nostro decus atque virtus,
Sit salus perpes et honor perennis,
Qui poli summa reridens in arce
Cuncta gubernat.

Brev. Burdigalense imp. Burdigalae (?) 15 * *. — Das einzige bekannte Exemplar dieses Breviers ist leider defekt, so daß Druckort und Jahr unbestimmt bleiben.

448. De sancto Severino.

Ad Laudes.

- | | |
|---|--|
| 1. Amandus ergo praesulem
Praesul accepit ac libens
Jus praesulatus exuit,
Ut coelitus jussus fuit. | 3. Post membra terrae reddita
Gens cuncta vastans barbara,
Obsedit urbem saeviens
Rapta potiri moliens. |
| 2. Verbi medela morbidos
Curavit urbis incolas
Brevi solutos reddidit,
Quos longa pestis strinxerat. | 4. Sancti precatu praesulis
Divina virtus impiis
Per quaeque fuis avia
Obsessa solvit agmina. |
| 5. Patri perennis gloria
Natoque sit victoria,
Sancto potestas flammis
Utrique semper compari. | |

Brev. Burdigalense imp. Burdigalae (?) 15 * *. — 3, 4 Raptu; vielleicht auch für raptu.

449. De sancto Severino.

Ad Laudes.

1. Deus, tuorum gloria pontificum,
Vota plebis tuae pius intueri,
Tu solemnitatum institutor omnium,
Nostro huic festo clemens interesto.
2. Quod in honore colit devotissime
Pontificis sui clerus Severini,
Pro modulo suo magno plebs tripudio
Humilis prosequitur, laudat, veneratur.
3. Tam unanimi semper devotioni
Adesse dignare, sancte Severine,
Iter justorum dirige ad Dominum,
Peccatorum maculas dilue per lacrimas.

4. Istis merita crescunt per te optima,
Horum poenitentiae spes sit per te veniae,
Inter alias, quas foves, ecclesias
Hanc pius illustra, protege, sanctifica.
5. Unus Deus, pater, verbum et spiritus,
Qui te sic glorificat, per te nos custodiat,
Deo patri, gloriosissimo regi
Laus, honor, victoria omnia per saecula.

Brev. Roschildense imp. Parisiis 1517.

450. De ss. Severino, Exsuperio
et Feliciano.

- | | |
|---|--|
| 1. Laus martyrum tripudiet,
Vox quoque celsa personet,
Jungamur choris inclitis
Angelorum et meritis. | 7. Reddamur digni Domino
In eorum consortio,
Hoc impetret poscentium
Fides atque psallentium. |
| 2. Alta coelorum patria
Quos recepit in gloria,
Laetantur et cum principe,
Pro quo fuderunt sanguinem. | 8. Turbam repellant daemonum
Omniumque phantasmatum,
Hanc protegant ecclesiam
Christi cruore liberam. |
| 3. Victores exstant milites,
Morte triumphant alacres,
Sanguine fuso proprio
Coeli sedent in solio. | 9. Ipsis intercedentibus
Fiat nobis propitius
Rex regum et perpetuum
Nobis conferat gloriam. |
| 4. Sub Antonino Caesare
Palnam sumunt victoriae,
Tormenta vincunt horrida,
Regna petunt coelestia. | 10. Resurgamus a vitiis
Eorum natalitiis,
Nostra gubernent tempora
Sacra illorum merita. |
| 5. Magna sunt, Christe, gaudia
Haec martyrum nobis festa,
Quos coronasti hodie
Praeclaro diademate. | 11. Voces nostrorum supplices
Accipite nunc, martyres
Severine, Exsuperi,
Feliciane, Domini. |
| 6. Ad salutem colentium
Eorum sit auxilium
Ac meritorum merita
Sentiamus perpetua. | 12. Magna sit patri gloria
Filioque perpetua,
Flamini sancto debita
Per saeculorum saecula. |

Brev. Sancti Barnardi in Romanis imp. in Romanis 1518.

451. De sancto Stephano.

- | | |
|---|--|
| 1. Ave, miles pretiose,
protomartyr Stephane,
Quem triumphis gloriosum
veneramur hodie,
Fave votis famulorum
tibi servientium. | 2. Quo purgati a peccatis
tuis oraminibus
Mereamur aulam coeli
scandere perenniter
Et hic frui Christo Deo
per aeterna saecula. |
|---|--|

3. Gloria et honor Deo.

Hymn. et Prosar. ms. Laudunens. saec. 12. Cod. Laudunens. 263. — 1, 1
Ave martyr pretiose Hs.

452. In Inventione s. Stephani.

1. Plebs devota Deo mente fideli
Psallens altithrono pectore laeto
Laudes dulciffuas promat ab ore,
Quo sit consona mens voce sonora.
2. Nam praeclara dies fulget in orbe,
Quam cuncti recolunt corde benigno,
Christi vate sacro indice celso
Visu praecipuo jam Luciano.
3. Sanctorum celebris lux hodierna,
Qua sunt magnifica laude reperta
Virtutum meritis corpora sacra,
Odis omnigenis condecoretur.
4. Insignis Stephani, martyris almi,
Doctorisque sacri Gamalielis,
Abibonque simul et Nicodemi,
Festum nos Domino reddat ovantes.
5. In coeli solio hoste subacto
Splendent cum Domino schemate claro,
Quorum de numero coelicus ordo
Gaudet perpetuo temporis aevo.
6. Te, martyr, petimus nunc pius adsis
Sanctis cum sociis munera lucis
Affer supplicibus propitiatus
Nobis daque frui lumine Christi.
7. Sit laus imperium cunctipotenti,
Virtus, lux et honor cum patre proli,
Sancto spiritui cuncta regenti
Lumen vivificum omne per aevum.

Psalt. ms. Marchianense saec. 9. Cod. Duacens. 170 add. saec. 10. A. —
Brev. ms. S. Stephani Divionens. saec. 14. in. Cod. S. Josephi Lugdunens.
Xa 5. B. — Brev. ms. Bisuntinum saec. 14. in. Cod. Bisuntin. 63. C. —
Brev. ms. Bisuntinum saec. 15. Cod. Bisuntin. 68. D. — Brev. ms. Bisuntinum
saec. 15. Cod. Bisuntin. 69. E. — Brev. ms. Bisuntinum saec. 15. Cod.
Parisiens. 10487. F. — Brev. ms. Bisuntinum saec. 15. Cod. Bibl. Archiep.
Remens. s. n. G. — Brev. Gebennense imp. Gebennae 1479. H. — Brev.
Bituricense imp. Venetiis 1481. I.

2, 1 Jam praeclara I; fulget ab ore F. — 2, 2 Qua cuncti A. — 2, 3
Christi nate F; iudice celso F. — 2, 4 Lusu praecipuo A. — 4, 4 reddant
ovantes F. — 5, 1 coelis solio A. — 5, 4 Gaudent perpetuo F. — 6, 2 Cum
sanctis sociis H. — 7, 2 honor numine proli BHL. — 7, 4 Lumine vivi-
ficum F. — Divisio nach Str. 3, Str. 1—3 ad Vesp., 4—7 ad Noct. I.

453. De sancto Taurino.

Ad Vesperas.

- | | |
|--|---|
| 1. Novum melos ac cantica
Pangamus cuncti dulcia
Taurini sub praeconio
Hymno gaudentes rhythmico. | 5. Signorum claris titulis
Defunctis vitam reddidit
Immundos pellens spiritus
Et fana sternens funditus. |
| 2. Insigni cujus gloria
Sanctorum gaudent agmina,
Fides augetur credulis,
Laetitia miraculis. | 6. Jam pietate candidus,
Castitate pulcherrimus,
Mitis mansit et salubris,
Digna laude laudabilis. |
| 3. Nobilitatem sanguinis
Altis transcendit meritis,
Divini fontem luminis
Largis infundens populis. | 7. Ejus adjuti precibus
Mundemur culpis omnibus,
Ut coeli capitolium
Teneamus per saeculum. |
| 4. Ebroicensem patriam
Errori pravo subditam
Ad moenia prudentiae
Miro provexit dogmate. | 8. Haec nobis donet trinitas,
Quae simplex manet deitas,
Cui virtus sit perpetua,
Salus et summa gloria. |

Brev. ms. Fiscannense saec. 12. Cod. Rotomagens. 244. A. — Antiph. ms. Fiscannense saec. 13. Cod. Rotomagens. 245. B. — Brev. ms. Fiscannense saec. 14. Cod. Rotomagens. 205. C. — Brev. ms. Fiscannense saec. 14. Cod. Rotomagens. 206. D. — Brev. ms. Fiscannense saec. 14. Cod. Rotomagens. 251. E. — 5, 1 titulus D.

454. De sancto Taurino.

Ad Laudes.

- | | |
|--|---|
| 1. Praesul Taurine, poscimus,
Succurre nobis omnibus
Et vota nostra suscipe
Pietatis precamine. | 3. Acquire nobis patriam
Pio precatu coelicam,
Salutem dans corporibus,
Amorem Christi mentibus. |
| 2. Ab hostium insidiis
Te duce simus liberi,
Fraus inimica decidat,
Quam tua virtus comprimat. | 4. Cujus nos virtus protegat
Incessanter et muniat,
Accendens nostra pectora
Spirituali gratia. |

Brev. ms. Fiscannense saec. 12. Cod. Rotomagens. 244. A. — Antiph. ms. Fiscannense saec. 13. Cod. Rotomagens. 245. B. — Brev. ms. Fiscannense saec. 14. Cod. Rotomagens. 205. C. — Brev. ms. Fiscannense saec. 14. Cod. Rotomagens. 251. D.

455. De sancto Theodgaro.

1. Stella recurrens circuli solaris
Sacra reduxit festa confessoris,
Inclita cujus merita resplendent
Variis signis.

2. Iste restaurat morbidis medelam,
Surdus auditum, tacitis loquelam,
Pedibus claudis robur et virtutem
Precibus dignis.
3. Laude splendebat celebri, dum vixit,
Hincque post mortem conditor evexit,
Conferens illi, quae suis promisit,
Gaudia regni.
4. Corde sincero rogitamus sanctum,
Quatenus nobis tergat Evae planctum,
Audiat libens hujus hymni cantum
Laude perenni.
5. Sit Deo soli decus et potestas,
Cujus in coelis rutilat majestas,
Qui regit mundum, angelos gubernat
Trinus et unus.

Brev. Othoniense imp. Lubecae 1497.

456. De s. Thoma Apostolo.

- | | |
|--|---|
| <p>1. Ecce laudes gloriosae,
Ecce ministerium
Thomae, per quod gratiose
Fidei mysterium
Fulsit lucis speciosae
Praedicando radium.</p> <p>2. Thomas plenus sanctitatis
Missus est in Indiam
Salvans regis civitatis
Cum marito filiam,
Prius sensit nec ingratis
Pincernae saevitiam.</p> <p>3. Hujus leo demembravit
Corpus sancti bravio,
Dextram cani praesentavit
Communi convivio,
Quam puella demonstravit
Stupidis prodigio.</p> <p>4. Thomas regi fabricare
Se promisit regiam,
Quam ut vellet consummare
Suscepit pecuniam,
Nec cessavit erogare
Perpessis inopiam.</p> | <p>5. Aula quippe fabricatur,
Quam non vidit oculus,
De qua regi praedicatur,
Ut sit vitae sedulus,
Aulam istam amplexatur
Rex, frater et populus.</p> <p>6. Viri manum restauravit
Siccam per exitium,
Cujus sponsam revocavit
Ad vitae solatium,
Prece sua defugavit
A multis daemonium.</p> <p>7. Summa virtus declaratur
Ejusdem apostoli,
Per quem daemon coartatur,
Frangens massam idoli
Sic exire, ne laedatur
Ullus homo populi.</p> <p>8. Thomas primo dubitavit,
Dictus inde Didymus,
Quando plagas depalpavit
Christi fide minimus,
Sed cum Christum praedicavit
Factus fuit maximus.</p> |
|--|---|

9. Omnis homo deprecetur
 Ipsius suffragia,
 Ut a nobis propulsetur
 Legis ignorantia,
 Ut regnare nobis detur
 In coelesti patria.

Brev. ms. Bethuniense saec. 16. Cod. Atrebatens. 784. — 1, 2 mysterium
 Hs. — 2, 3 civitates Hs. — 3, 3 cani Hs.

457. De s. Thoma Cantuariensi.

Ad Vesperas.

- | | |
|--|--|
| 1. Solemnis adest hodie
In praesulis praeconium
Novae dies laetitiae,
Novum dans mundo gaudium. | 4. Athletae grandis viribus
Antistitumque speculo,
Laetemur Thomae laudibus
Mortisque sacro titulo. |
| 2. Jam Christus, dator munerum,
Thomae dans munus gloriae
In sanctum locum siderum
Mutans locum miseriae. | 5. O Thoma, gemma praesulum,
Ostende, quantus emices,
Contra furentem zabulum
Tuos defende supplices. |
| 3. Dum hora laudum Domini
Se praesentat praesentibus,
Reddamus ejus nomini
Laudes votis et vocibus. | 6. Uni Deo sit gloria
Natoque cum paraclito
Per quem ornatur Anglia
Pontifice tam inclito. |

Brev. ms. Hollandense saec. 13. Cod. Collegii Universit. Oxoniens. 101.
 add. saec. 14.

458. De s. Thoma Cantuariensi.

Ad Nocturnum.

- | | |
|--|--|
| 1. Duplex Thomae victoria
Virtutum probat gratiam,
Dum primum mundi gaudia
Vicit et post malitiam. | 4. Miraculorum gloria
Fulget sepulchrum praesulis,
Cujus fideles gratia
Praeservat a periculis. |
| 2. Carnem terens cilicio
Non arsit carnis ignibus,
Vicit occumbens gladio
Se dans vadem pro gregibus. | 5. Illic ab artis pestibus
Multos videmus erui,
Succurritur languoribus,
Resuscitantur mortui. |
| 3. Botrus vitis egregiae
Londoniis exoriens
Fit merum Cantuariae
Torcular ibi subiens. | 6. O Thoma, gemma praesulum,
Ostende, quantus emices,
Contra furentem zabulum
Tuos defende supplices. |
7. Uni Deo sit gloria.

Brev. ms. Hollandense saec. 13. Cod. Collegii Universit. Oxoniens. 101.
 add. saec. 14.

459. De s. Thoma Cantuariensi.

Ad Laudes.

- | | |
|--|--|
| 1. Laetetur Cantuaria,
Sancto corruscans sidere,
Tota laetetur Anglia
Tanto ditata munere. | 5. Sex annis post exsilium
Ad ovile revertitur
Et ante sanctuarium
Pastor pro grege moritur. |
| 2. Laetetur urbs Londonia,
Se matrem partus effici,
Quo nunc omnes in gloria
Laetantur cives coelici. | 6. Sparso cruore cerebri
Revixit vis ecclesiae,
Miraculorum celebri
Laude fulgent reliquiae. |
| 3. Antistes ab ecclesia
Fugam inire cogitur,
Tota simul a patria
Cognatio proscibitur. | 7. Caeci receptis visibus
Claudos euntes sentiunt,
Surdi receptis auribus
Mutos loquentes audiunt. |
| 4. Dum exsulat in Gallia
Vellus a lupo rapitur,
Et interim in Anglia
Lupus gregi praeficitur. | 8. O Thoma, gemma praesulum,
Ostende, quantus emices,
Contra furentem zabulum
Tuos defende supplices. |
9. Uni Deo sit gloria.

Brev. ms. Hollandense saec. 13. Cod. Collegii Universit. Oxoniens. 101.
add. saec. 14. — 4, 2 a lupo patitur Hs. — 4, 4 gregi perficitur Hs. — 7, 1
recepti Hs.

460. De s. Thoma Herefordensi.


Ad Vesperas.

- | | |
|--|--|
| 1. Gaude, mater ecclesia,
Cum canticis hymnidicis
Laeta colens solemnia
Sancti Thomae pontificis. | 3. Virgo candens ut lilium,
Purus mente et corpore,
Durum portans cilicium,
In malo cavens opere. |
| 2. Tota laetetur Anglia
Novo dicata lumine,
Qui Dei plenus gratia
Fuit et sacro flamine. | 4. Caeci visum recuperant,
Surdus auditus redditur,
Et qui mortui fuerant,
His vita restituitur. |
5. Patri, nato, paraclito
Honor, decus et gloria,
Sint sancti Thomae merito
Nobis aeterna gaudia.

Brev. Herefordense imp. Rotomagi 1505.

461. De sancto Trophimo.

- | | |
|--|---|
| 1. Jucundemur in Domino
Cuncti perenni gaudio
In hujus sancti Trophimi
Solemnio pontificis. | 2. Congaudeat ecclesia
In ejus laude debita,
Sed merito Provincia
Perennem vitae redditur. |
|--|---|



- | | |
|---|---|
| <p>3. Hic primus condiscipulus
Christi Jesu egregius,
Post secutus vestigia
Petri, Pauli sanctissima.</p> <p>4. Mileti doctor gentium
Hunc reliquit invalidum,
Quem salutat ex nomine
In suo sancto dogmate.</p> <p>5. Arelatensi populo
Petro monente apostolo
Baptismi dedit gratiam
Conculcans idolatriam.</p> <p>6. In Jesu Christi gloria
Quam plura dat miracula,</p> | <p>Morborum pellit genera
Et vitae spargit semina.</p> <p>7. Ferocitatis dogmata
Et daemonum spurcitia
Annullantur a populo
Sub viro pontificio.</p> <p>8. Hic antistes in Domino
Vitae peracto circulo
Solutus nexu corporis
Spiritus coelo reddidit.</p> <p>9. Nunc sancte Dei Trophime,
Patrone clementissime,
Te deprecamur supplices
Ut nos a malis liberes.</p> |
|---|---|

10. Gloria tibi, Domine.

Brev. ms. Arelatense saec. 13. Cod. Parisiens. 1018. A. — Brev. ms. Arelatense saec. 14. Cod. Parisiens. 1037. B. — Brev. ms. Arelatense saec. 14. Cod. Parisiens. 1040. C. — 7, 3 Venerantur a populo BC. — Str. 1—5 und 9 ad Vesperas, 6—8 und 9 ad Laudes ABC; der Zusammenhang beweist indes, daß wir es nicht mit zwei Hymnen, sondern nur mit einer Divisio zu thun haben.

462. De sancto Ursino.

Ad Vesp. et Noct.

- | | |
|---|--|
| <p>1. Exsultet coeli curia,
Psallat chorus fidelium,
Ex Ursini sollemnia
Sacrum redundat oleum.</p> <p>2. Hic idem qui Nathanael
Legem novit subtilius
Dixitque: Tu rex Israel,
Rabbi, tu Dei filius.</p> | <p>3. Ipsum refert historia
Esse Christi discipulum,
Jam triumphat in gloria,
Qui fuit primas praesulum.</p> <p>4. Ursine pater, respice
Nos pietatis oculo,
Te diligentes unice
Subscribe coeli titulo.</p> |
|---|--|

5. Sit trinitati gloria,
Laus, honor in perpetuum,
Jesu, coelesti gratia
Reple corda fidelium.

Brev. ms. Lexoviense saec. 15. Cod. Suessionens. 105 A. — Brev. ms. Lexoviense saec. 15. Cod. Parisiens. 1065. B. — Brev. Abrincense imp. Abrincis 1593. C. — 1, 3 Zu dem Sing. sollemnia vgl. das in der Einleitung zu Band VII Gesagte. — 2, 3 sq. rabbi Israel B.

463. De sancto Ursino.

Ad Laudes.

- | | |
|---|---|
| <p>1. Exsurgat cleri concio,
Lingua, tribus et natio
Ad Ursini sollemnia
Exsultent cum laetitia.</p> <p>2. Corde laetentur simplici,
Voce deposcant supplici,
Ut ipsius suffragia
Nos ducant ad coelestia.</p> <p>3. Hic est ille Nathanael,
De quo dixit Emanuel:
Israelita verus est
Hic et in quo dolus non est.</p> | <p>4. Hic dixit, quod a Nazareth
Quid boni esse poterat,
Qui scripturas inspexerat
Nec adhuc Jesum viderat.</p> <p>5. Primas urbis Bituricae,
Huc translatus mirifice,
Audi preces fidelium,
Exaudi vota supplicum.</p> <p>6. Sit trinitati gloria,
Laus, honor in perpetuum,
Jesu, coelesti gratia
Reple corda fidelium.</p> |
|---|---|

Brev. ms. Lexoviense saec. 15. Cod. Suessionens. 105. A. — Brev. Ab-
rincense imp. Abrincis 1593. B. — 3, 4 Hic est de quo B.

464. De sancta Valeria.

- | | |
|--|---|
| <p>1. Valeriae recolamus
Illustre martyrium,
Laudum ejus attollamus
Praeclarum praeconium,
Ut ad ejus valeamus
Venire consortium.</p> <p>2. Stirpe clara, clari nata
Ducis Aquitaniae,
Fulsit mira decorata
Valeria specie,
Mundi spernens sociata
Christo regi gloriae.</p> <p>3. Pater hujus triumphatur
Princeps, mater moritur,
Romae fama nuntiatur,
Stephanus transmittitur,
Virgo sibi desponsatur,
Hostis dux aggreditur.</p> <p>4. Martialis delegatur
Praedicandum gentibus,
Verbum Dei seminatur
Lemovicis civibus,
Gens decepta liberatur
A profanis cultibus.</p> | <p>5. Ducis uxor complexatur
Virum plenum gratia,
Sibi credit, baptizatur
Cum prole Valeria,
Baptizatam comitatur
Hanc tota familia.</p> <p>6. Redit princeps triumphatis
Inimicis Stephanus,
Rebus sibi declaratis
Ardet sicus clibanus,
Furit plenus feritatis
Sponsae factus orphanus.</p> <p>7. Ante ducem firma stante
Valeria, gloriam
Summi regis praedicante
Et miram potentiam,
Irritatus dux a fante
Mortis dat sententiam.</p> <p>8. Exit virgo confictura
Dimittens palatium.
Sub mucrone stat securo
Non verens supplicium,
In aeternum regnatura
Caput solvit proprium.</p> |
|--|---|

- | | |
|--|--|
| <p>9. Decollata se direxit
 Caput sumens manibus,
 Quasi vivens ipsum vexit
 Cunctis admirantibus
 Martialique porrexit
 Supplex flexis genibus.</p> <p>10. Coelum passa scandit ista
 Coeli gaudens agmine,
 Sed e contra fit lanista
 Cadens tactus fulmine,
 Princeps stupet propter ista
 Concussus formidine.</p> | <p>11. Martialis advocatus
 Mortuum resuscitat,
 Dux plurimum admiratus
 Baptizari rogitat,
 Omnis sexus aggregatus
 Ad baptismum cursitat.</p> <p>12. Nobis ergo suffragare,
 Preces audi supplicum,
 Stude tuum defensare
 Populum Lemovicum,
 Cum venerit judicare
 Mundum iudex iudicum.</p> |
|--|--|
13. Sit laus summo genitori,
 Regi regum omnium,
 Una Christo redemptori,
 Salvatori gentium,
 Flamini consolatori
 Par decus, imperium.

Antiph. ms. S. Martialis Lemovicens. saec. 14. Cod. Parisiens. 916. —
 Mel.: Pange lingua. — 5, 1 uxor complatur Hs. — 6, 5 Fuit plenus Hs. —
 10, 6 concussis Hs. — 11, 3 admiratur Hs. — Nach Str. 4 Divisio.

465. De sancta Valeria.

1. Virginis alme Deus soboles,
 Virginis hujus honore tibi
 Carmina Valeriae canimus,
 Accipiasque libens, petimus,
 Atque piis foveas precibus.
2. Haec tua sponsa pudicitiam
 Corpore, corde simulque parans,
 Te sibi consociavit ovans,
 Pneumate plena hagioque Deo,
 Omnia sprevit amore tuo.
3. Conjugium ducis egregii
 Multiplices et opes generis
 Corporis et nitidam speciem
 Nam simul immaculatam animam
 Tempsit, ut acciperet patriam.
4. Quam modo possidet angelico
 Virgineo renitensque choro,
 Et diadema super caput ejus,
 Virginitas sibi quod peperit
 Martyriique cruor genuit.

5. Adjuvet haec petens auxilium
Meritis nos miseros suimet
Memores atque donet veniam
Scelerum, impetret auxilium,
Quae meruit penetrare polum.
6. Dicta Valeria te valeat
Flectere, ne famulos punias,
Haec pia gaudia qui celebrant,
Et requiem in coelis resonant,
Quae pietate tua capiant.
7. Gloria, laus, honor perenniter,
O bone rex, tibi sit jugiter
Cum patre paracritoque Deo,
Inseparabiliter cujus est
Una potentia, par deitas.

Antiph. ms. S. Martialis Lemovicens. saec. 14. Cod. Parisiens. 916.
Mel.: Martyris ecce dies Agathae. — 3, 4 Tuam simul Hs. — 4, 2 remittens-
que Hs. — 4, 3 verderbt. — 5, 1 Adjuvet histec Hs. — 5, 3 atque dies
veniam Hs. — 5, 4 intret auxilium Hs. — 5, 5 quae cum quo meruit Hs. —
6, 1 te fehlt.

466. De sancta Valeria.

Ad Vesperas.

- | | |
|--|--|
| <ol style="list-style-type: none"> 1. Ave, virgo Deo digna,
Ave martyr Valeria,
Tu precibus dele pia,
Quae timet conscientia. | <ol style="list-style-type: none"> 2. Adesto servis, domina,
Jesum Christum nobis placa,
Et impetrata venia
Trahe tuos ad supera. |
|--|--|
3. Virginitatis filio
Sit laus et benedictio,
Cum patre, sancto flamine
Qui regnat sine tempore.

Brev. ms. Lemovicense saec. 15. Cod. Mazarin. 250 (774). A. — Brev ms.
Lemovicense saec. 15. Cod. Turonens. 154. B. — Brev. ms. Parisiense saec.
15. Cod. Parisiens. 1291. C. — Antiph. ms. Longicampense saec. 15/16. Cod.
Parisiens. 912. D. — 1, 2 mater Valeria A. — 1, 4 Quae continet con-
scientia A. — 2, 1 Adesto suavis domina C. — 3, 3 patre et sancto spiritu
A. — 3, 4 In sempiterna saecula A. — D hat den Hymnus als de s. Isa-
bella und mit der Mel.: Plaude turba paupereula.

467. De sancta Valeria.

Ad Laudes.

- | | |
|--|---|
| <ol style="list-style-type: none"> 1. Virgineus flos lili
Cruore fusus roseo,
Palmam ferens martyrii
Adsistit coram Domino. | <ol style="list-style-type: none"> 2. Devicto mundi principe
Ut sidus inter sidera
In Christi pollet agmine
Felix virgo Valeria. |
|--|---|

3. Cujus nos ipse precibus
Sua locet in dextera,
Cujus laus est et gloria
Per infinita saecula.

Brev. ms. Lemovicense saec. 15. Cod. Mazarin. 350 (774). A. — Brev. ms. Lemovicense saec. 15. Cod. Turonens. 154. B. — Brev. ms. Parisiense saec. 15. Cod. Parisiens. 1291. C. — 3, 1 nos Christe precibus C. — 3, 2 Sua nos locet in A; Suam locet in dexteram C. — 3, 3 Cui laus est C.

468. De sancto Valeriano.

Ad Vesperas.

- | | |
|--|--|
| 1. Ad patris nostri gloriam
Valeriani martyr
Largire nobis gratiam,
Fili Mariae virginis. | 4. Diversis poenis impius
Martyrem torquet inclitum,
Sed nescis esse nescius,
Deus, tuorum militum. |
| 2. Cujus sacrata passio,
Spes, fides et constantia
Dent suo patrocinio
Beata nobis gaudia. | 5. Spe mercedis et praemii
Dat coronam victoriae
Huic in hora martyrii
Splendor paternae gloriae. |
| 3. Liber exit de carcere
Jussu coelestis nuntii,
Cui dedit hostem vincere
Summi largitor praemii. | 6. Valeriane, populum
Rege, defende proprium,
Fac nobis regem sedulum,
Qui est perenne gaudium. |

Brev. ms. Trenorciense saec. 15. Cod. Semin. Eduens. s. sign.

469. De sancto Valeriano.

Ad Laudes.

- | | |
|---|---|
| 1. Solemne mundo gaudium
Dies reduxit annua,
Qua comptus astris tollitur
Valerianus laurea. | 3. Grassantur in visceribus
Dentis furentis unguulae,
Dilaceratis artubus
Humus fovetur sanguine. |
| 2. Carcer, catenae, compedes
Mentis manente gaudia
Carnem fatigant martyris,
Haec prima crux vel passio. | 4. Consummat ensis hostiam
Caput rescindens martyris,
Jesus coronat militem,
Coelo patenti suscipit. |
| 5. Festis in his quae concinit
Plebs, sume, martyr, cantica,
Ad festa nos, quae permanent,
Tuo rogatu subleva. | |

Brev. ms. Trenorciense saec. 16. Cod. Sem. Eduens. s. sign.

470. De sancto Vedasto.

Ad Vesperas.

1. Voce jucunda resonemus omnes
Laudibus sacris studium ferentes
Atrebatensem modulando patrem
Laude Vedastum.
2. Hic pius pastor gregis atque jutor,
Lux fuit caecis baculusque claudis,
Signaque fecit paradisiaca
Plurima terris.
3. Obvius caeco comes ipse regis
Lumen ablatum citius rependit,
Unde cernentes meruere cordis
Sumere lumen.
4. Summa virtutum viguit per ipsum,
Caritas, cunctum superans charisma,
Vase nam sicco dederat amico
Gaudia vitis.
5. Lustra beluarum dedit angelorum
Esse concentum Dominique templum
Ac decachordo roborare psalmum
Nocte dieque.
6. Laus Deo patri genitaeque proli
Et tibi, compar utriusque semper
Spíritus alme, Deus unus omni
Tempore saeculi.

Brev. ms. Vedastinum saec. 13. Cod. Atrebatens. 330. A. — Brev. ms. Vedastinum saec. 14. Cod. Atrebatens. 639. B. — Brev. ms. Vedastinum saec. 14. Cod. Atrebatens. 676. C. — Brev. ms. Vedastinum saec. 14. Cod. Atrebatens. 717. D. — Brev. Cameracense imp. Parisiis 1497. E. — 5, 1 Lustra belluarum ABCDE. — 5, 3 roborare ABCDE; statt reboare?

471. De sancto Vedasto.

Ad Nocturnum.

- | | |
|---|--|
| 1. Praeclara Christi carmina
Digno pangentes júbilo
Vedasti summi praesulis
Festa devote colimus. | 3. Signis virtutum plurimis
Pollens doctor egregius
Caecis videre praestitit
Et claudis gressum reddidit. |
| 2. Cujus doctrina coelitus
Multis collata profuit,
Larvales fugans tenebras
Verbo fideque radians. | 4. Dulcis in patre caritas,
Haustum vini nectareum
Enophoro sicco dedit,
Quo laetus hospes rediit. |

- | | |
|---|--|
| <p>5. Migrantem hinc ad patriam
 Laus excepit angelica
 Et viri sancti meritum
 Ignis columna prodidit.</p> | <p>6. Honor, virtus et gloria,
 Potestas et imperium
 Sit trinitati unicae
 In sempiterna saecula.</p> |
|---|--|

Brev. ms. Vedastinum saec. 14. Cod. Atrebatens. 639. A. — Brev. ms. Vedastinum saec. 14. Cod. Atrebatens. 676. B. — Brev. ms. Vedastinum saec. 14. Cod. Atrebatens. 905. C.

472. De sancto Vedasto.

Ad Laudes.

- | | |
|---|---|
| <p>1. Felix Vedastus pontifex,
 Cujus coelum mens possidet,
 In terris templum fieri
 Corpori mandant angeli.</p> | <p>2. Te, pastor alme, petimus,
 Nobis deposcas veniam,
 Ut nos superna civitas
 Perennes cives habeat.</p> |
|---|---|
3. Honor, virtus et gloria,
 Potestas et imperium
 Sit trinitati unicae
 In sempiterno tempore.

Brev. ms. Vedastinum saec. 14. Cod. Atrebatens. 639. A. — Brev. ms. Vedastinum saec. 14. Cod. Atrebatens. 676. B. — Brev. ms. Atrebatense saec. 14. Cod. Atrebatens. 717. C. — Brev. Cameracense imp. Parisiis 1497. D. — 3, 4 Constans aeterno tempore D.

473. In Translatione s. Verani.

Ad Vesp. et Noct.

- | | |
|---|--|
| <p>1. Veni, ductor exercitus,
 Verane, gregem visita,
 Fac, ut superna gratia
 Nostra ditentur pectora.</p> | <p>4. Accende lumen protinus
 Nostrae mentis obtutibus,
 Duc nos per rectam semitam
 In Deum firmans perpetim.</p> |
| <p>2. Qui paracliti diceris
 Donis doctus mirificis,
 Teque perfudit gratia
 Et spiritalis unctio.</p> | <p>5. Hostem repellas eminus,
 Sis nobis ductor praevious,
 Ut cum tuo praesidio
 Vitemus omne noxium.</p> |
| <p>3. Tu septiformis munere
 Miraculis insignibus
 Et immensis virtutibus
 Muta dissolvis guttura.</p> | <p>6. Per te sciamus da, pater,
 Mundi corde et corpore
 Ut in Deum fideliter
 Credamus omni tempore.</p> |
7. Sit laus patri cum filio
 Sancto simul paraclito,
 Ut nobis adsit coelitus
 Charisma sancti spiritus.

Brev. Cavallicense imp. Avenione 1513. — 3, 4 dissolvit.

474. In Translatione s. Verani.

Ad Laudes.

- | | |
|---|---|
| 1. Verane, praesul inclite,
Adstantem plebem confove
Gubernans tuos famulos
Laeto vultu nos respice. | 3. Sit laeta cunctis haec dies,
Inter coelestes acies
Praefulgens Christi facies
Sit nobis vera requies. |
| 2. Supplex precatu omnia
A nobis pelle noxia,
Tui prece ad gaudia
Pertingamus perennia. | 4. Sit trinitati gloria
In simplici substantia,
Quam Veranus per omnia
Fide prompsit indubia. |

Brev. Cavallicense imp. Avenione 1513. — 4, 4 Fide promisit.

475. De sancto Victore.

Ad Vesperas.

- | | |
|---|---|
| 1. Alme coelorum conditor,
Totius orbis redemptor,
Preces benignus tuorum
Favens exaudi supplicum. | 5. Feliciani incliti,
Alexandri generosi,
Longini beatissimi,
Genitoris, Deuterii. |
| 2. Qui semper es mirabilis
Et gloriosus in sanctis,
De quorum nunc collegio
Vernans rubet martyrio | 6. Quos praemittens in supremo
Secutus post martyrio,
Flagra diversâ percurrens
Christum solantem intuens. |
| 3. Victor beatus et miles
Maximiani praepotens,
Imperatoris rabiem
Qui triumphavit crudelem. | 7. Tandem perplexo capite
Vox audita est in sublime:
Vicistis, o fortis Victor,
Vicisti insignis bellator. |
| 4. Quique per sacra famina
Sociorum collegia
Consociavit Domino
Pater existens lavacro | 8. Horum precamur, Domine,
Nos interventu protege,
Horum fulti praesidio
Tuis jungamur sedulo. |
9. Laudes canentes Domino
Tibi trino atque uno,
Cujus potestas aeterna
Per cuncta viget saecula.

Brev. ms. Arelatense saec. 13. Cod. Parisiens. 1018. A. — Brev. ms. S. Savini in Levitania saec. 14. Cod. Tolosan. 70. B. — Brev. ms. Arelatense saec. 15. Cod. Parisiens. 1060. C. — 6, 1 promittens A; permittens B. — Altes Lied, wie auch die beiden folgenden, die im Brevier von Marseille durch jüngere ersetzt wurden.

476. De sancto Victore.

Ad Nocturnum.

- | | |
|---|---|
| 1. Creator rerum omnium,
Honor decusque martyrur,
Exaudi nostras hodie
Voces et vota respice. | 5. Alexandrum et Longinum
Et simul Felicianum
Retraxit a perfidia
Sancti spiritus gratia. |
| 2. Te laudamus in gloria
Victoris et victoria,
Cujus nos prece credimus
Cunctis tueri ab hostibus. | 6. Post ductus ante statuum,
Ut adoraret luteam,
Calcem dedit in populis
Et nil doloris pertulit. |
| 3. Hic miles imperterritus
Et belliger gloriosus
Maximiani rabiem
Devicit et insaniam. | 7. Tandem devicto iudice
Adsunt manus angelicae,
Quae deferunt in gloria
Victorem cum victoria. |
| 4. Saevi tyranni furis
Datur trium custodiis,
Hos sociavit Domino
Baptismatis mysterio. | 8. Precamur omnes, Domine,
Jesu redemptor unice,
Quos redemisti sanguine,
Sanctis jungas in aethere. |

Brev. ms. S. Victoris Massiliens. anni 1497 (Privatbesitz). A. — Brev. ms. S. Savini in Levitania saec. 14. Cod. Tolosan. 70. B.

477. De sancto Victore.

Ad Laudes.

- | | |
|---|--|
| 1. Alme cunctorum creator
Nec non optime rector,
Tu libens oces tuorum
Audi nunc famulorum. | 6. Brachiis post hinc retortis,
Vinctis cruribus ipsis,
Tractus est totam per urbem
Ad spectacula turbae. |
| 2. Cujus est certamen omne,
Quo vincunt in agone
Martyres omnesque sancti
Hostis tela maligni. | 7. Tunc crucem Christum ferentem
Cernit sicque loquentem:
Ipse sum, qui passiones
Nec non porto dolores. |
| 3. E quibus Victor beatus,
A quo Maximianus
Plebe multa constipatus
Est pulchre superatus. | 8. Tres custodientes sanctum
Viri carcere trusum
Decidunt splendore fusi
Ad vestigia sancti. |
| 4. Qui Deum Christum fatendo
Caeco clauditur antro
Sub trium cura virorum
Insons more reorum. | 9. Qui mari mox baptizati
Sancto sunt sociati,
Sic simul currunt per astra
Ad coelestia castra. |
| 5. Angelus vero per omnem
Hunc educere noctem
Missus est ad visitandos
Solandosque peregrinos. | 10. Te, Deus noster, precamur,
Propter, quos veneramur,
Deleas nostrum reatum
Clemens hinc et in aevum. |

Brev. ms. S. Savini in Levitania saec. 14. Cod. Tolosan. 70. — 8, 1 sq.
Tres viri custodientes Carcere trusum sanctum, eine Wortstellung, die den
sonst durchgeführten Reim vernichtet.

478. De ss. Victore et Corona.

1. Concio nostra Deo resonans
Sitque canore pio jubilans,
Victor adest quia pro meritis
Atque cruore suo celebris.
2. Agitur ipse fatendo Deum
In digitis manuumque pedum
Missus et in crepitante rogo
Multimodas dat odas Domino.
3. Et bibit omne virus nocuum,
Quod tulerat sibi vas olidum,
Flamma nociva calens olei
Non tetigitque pudenda viri.
4. Lictor et hunc feriens perimit,
Ad jugulum quoque colla dedit,
Consociatus enim superis
Subveniat pius his famulis.
5. Et precibus memorare gregis,
Sancta Corona, tuis sedulis,
Omnibus his data sit requies,
In quibus emicat ista dies.
6. In genitore Deo Domino
Laus, honor, imperium genito,
Spiritus in quibus et pariter
Esse suum retinet jugiter.

Psalt. ms. Ennesiacense saec. 15. Cod. Claromonten. 74. — Mel.: Mar-
tyris ecce dies Agathae. — 4, 1 Victor et Hs. — 5, 1 Ut precibus Hs.

479. De ss. Victore et Corona.

1. Festiva dies omnibus refulget,
Qua Victor sanctus et Corona gaudent
In regno coeli consortes effecti
Cunctipotentis.
2. In poenis fortes ambo perstiterunt,
Malentes mori potius quam vinci,
Corpora sua tormentis dederunt
Martyres Christi.

3. Sed Victor tandem, postquam triumphavit
Ense percussus, aethera conscendit,
Consociatus civibus supernis
In regno vitae.
4. Arbore bina postquam in reflexa
Medio tensa exstitit Corona,
Flexili palma desuper reducta
Fuit divisa.
5. Inde Victoris gratulantur acta,
Per quem salvata vivit et beata,
Precibus quorum donet nobis regnum
Christus aeternum.
6. Laus Deo patri ejus sit et proli,
Flamini sancto jure persistenti,
Qui regit aethra una sub usia,
Pontum et arva.

Psalt. ms. Ennesiacense saec. 15. Cod. Claromont. 74. — Mel: Ut queant
laxis.

480. De ss. Vincentio et Laeto.

Ad Vesperas.

- | | |
|---|---|
| 1. Aquensis vota suscipe
Cleri ovantis júbilo,
Vincenti, quondam pontifex,
Gregi adsistens opifex. | 4. Quo te poscentes subleva
Vinctis dirumpens pedicam,
Da fugae mortis impetum,
Succurrens moestis aquila. |
| 2. Incursus premunt pestici,
Robur absistit proprium,
Memento plebis pascuae,
Cujus tutela fungeris. | 5. Throno patrone perpeti
Pro nobis siste praevious,
Fatiscat ibi Satanas
Laeti tuisque viribus. |
| 3. Collis de sanctis incola
Cruentae neci deditus
Aquis de prope moenia
Subisti montem coelicum. | 6. Te nunc, redemptor, quaesumus,
Ut nos istorum coetui
Jungas psallentes servulos
In sempiterna saecula. |

Brev. ms. Tarbellicum saec. 15. Cod. Tolosan. 76. — 1, 4 adsistens pon-
tifex Hs. — 3, 2 deditos Hs. — 4, 3 impetam Hs.

481. De ss. Vincentio et Laeto.

Ad Matutinum.

- | | |
|--|--|
| 1. Dira tyrannis gladio
Experta fidem militum,
Jussit excidi funera,
Qua jubet, bustum abdidit. | 2. Aquis, aquarum alveus,
Horum cruore candida,
Loci quietis pulverum
Diurne mansit inscia. |
|--|--|

- | | |
|--|---|
| <p>3. Virgo praecluis monacha,
Tellurem noscens cineris,
Diem triumphi martyrum
Edoctris fida tacuit.</p> <p>4. Hujus prece Illidius
Afflatu sacri pneumatis
Tempus accepti bravii
Mire suggessit omnibus.</p> | <p>5. Hinc hymni novi personent,
Profusae vocis modulo,
Nam revelatus cecinit
Monarchae nostro cantica.</p> <p>6. Tege ab orco populum,
Athleta, tibi creditum,
Absit sequela traducis
Infirmi sacro gurgite.</p> |
|--|---|
7. Tu, Christe, nostrum gaudium,
Esto simul et praemium,
Sit nostra in te gloria
Per cuncta semper saecula.

Brev. ms. Tarbellicum saec. 15. Cod. Tolosan. 76. — 1, 3 Jussit exendi Hs. — 1, 4 Que jube bustum Hs.; ob die Verbesserung im Text das Richtige trifft, bleibt allerdings mehr wie fraglich. Aber zu Konjekturen wie etwa: Aturus bustum abdidit fehlt die Berechtigung. — 2, 1 Aquis muß hier, das fordert candida, inscia Nominativ sein; vgl. die Form Aquisgranum. — 3, 1 praecluis Hs. — 5, 2 Perfusae Hs. — 5, 4 nostra cantica Hs. — 7, 2 et fehlt Hs.

482. De sancto Wandregisilo.

Ad Matutinum.

1. Christe, sanctorum decus et corona,
Gloriae virtus, fidei tutela,
Wandregisili meritis tuorum
Respice vota.
2. Festa patroni veneranter hujus
Excolit clerus celebratque vulgus,
Gaudio summo replicat honore
Sexus et aetas.
3. Hic tibi carus, populo celebris,
Largus orbatis, pater et pupillis,
Indigis sumptus fuit et medendis
Causa salutis.
4. Debiles sacra medicavit arte,
Reddidit visus miserans honestos,
Nexibus lapsos solidavit artus
Signifer almus.
5. Unde devotis precibus rogamus,
Qui sibi tantum dederas valere,
Conferas nobis patriae felicias
Sede locari.
6. Laude suprema patris atque nati,
Spiritus aequa referendo grates
Dona virtutum pariter canamus
Temporis aevo.

Brev. ms. Fontanellense saec. 13. Cod. Rotomagens. 207. A. — Brev. ms. Fontanellense saec. 13. Cod. Rotomagens. 208. B. — Brev. ms. Blandiniense saec. 14. Cod. Londinens. Add. 29253. C.

483. De sancto Wandregisilo.

Ad Laudes.

- | | |
|--|--|
| <p>1. Qui solus orbis actor es
Polum pugillo continens
Terramque palmo ponderas,
Nostris adesto sensibus.</p> <p>2. Digne queamus promere,
Quae sanctus afflatus Deo
Wandregesilus gesserat
Tua favente gratia.</p> <p>3. Dei vir ipse cretus est
Ex stirpe valde nobili,
Ex gente clara Franciae
Origo carnis tracta est.</p> <p>4. Mox alma Christi munera
Percepit ab infantia
Castaeque vitae semina
Aetate prisca senserat.</p> | <p>5. Sponsam suam Christo sacrat
Donatque coelo virginem,
Et ipse castus permanet
Coeli locandus sedibus.</p> <p>6. Tunc arma Christi sumpserat
Castrisque sanctis se dedit
Monasticamque regulam
Perquirat aure vigili.</p> <p>7. Verbum Dei fideliter
Ubique pandit plebibus,
Exempla sancta condocens
Plures ad astra vexerat.</p> <p>8. Exempla patris incliti
Semper tenete, filii,
Queatis ut virtutibus
Gaudere cum coelestibus.</p> |
|--|--|

9. Deo patri sit gloria.

Brev. ms. Fontanellense saec. 13. Cod. Rotomagens. 207. A. — Brev. ms. Fontanellense saec. 13. Cod. Rotomagens. 208. B. — Brev. ms. Blandiniense saec. 14. Cod. Londinens. Add. 29253. C. — 2, 1 prope A. — 8, 3-4 fehlen AB.

484. De sancta Wenefrida.

Ad Vesperas.

- | | |
|--|--|
| <p>1. Wenefridae virginitas
Integrali munditia
Servatur pudicitia,
Quam conservat et caritas.</p> <p>2. Divina cujus bonitas
Transit ad coeli gaudia,
Plagae cujus vestigia
Sanat Beunoi sanctitas.</p> <p>3. Sancta vixit post vulnera
Per lustra tria temporis,
Labem devincens corporis
Transcendit supra sidera.</p> | <p>4. Coelum petens per aethera,
Nihil habens dedecoris,
Consensum purgans pectoris,
Regna conquiens supra.</p> <p>5. Superiorum solatia
Martyr et virgo possidet,
Ubi cum sanctis residet
In trinitatis curia.</p> <p>6. Glorietur altissimus,
Pater et natus inclitus,
Honoretur paraclitus,
Trinus Deus potissimus,</p> |
|--|--|

7. Unusque simplicissimus,
Trinus et unus coelitus,
Ordo divinus penitus
Fuit gloriosissimus.

Brev. ms. Sarisberiense anni 1434. Cod. Parisiens. 17294.

485. De sancta Wenefrida.

Ad Laudes.

- | | |
|--|---|
| 1. Christo regenti saecula
Melos canat vox consona,
Cujus potenti gratia
Virtus crevit in gloria. | 4. Flore vestitur roseo
Vernans micanti lilio,
Victrici cincta gladio
Summo potitur gaudio. |
| 2. Quae martyres excoluit,
Confessores edocuit,
Virgines coelo sustulit.
Cunctisque dotem contulit. | 5. Illius nos suffragia
Perducant ad coelestia,
Cujus per mirabilia
Divina nitet gratia. |
| 3. Intra quorum consortium
Splendorem fert eximium
Haec virgo per martyrrium
Et per virtutis meritum. | 6. Sit Christo laus et gloria,
Cujus summa potentia
Haec virgo plena gratia
In coeli gaudet curia. |

Brev. ms. Sarisberiense anni 1434. Cod. Parisiens. 17294.

486. De sancto Wilhelmo.

Ad Vesperas.

- | | |
|--|---|
| 1. Ad honorem salvatoris
psallat plebs fidelium,
Pangat sancti confessoris
insigne praeconium.
Et benigni grex pastoris
sequatur vestigium. | 4. Mundi sprevit dignitates
Et mundanam gloriam,
Amplas rerum facultates
Reputans miseriam,
Carnis odit voluptates
Et omnem lasciviam. |
| 2. Pastor iste generosa
ortus stirpe claruit,
Cujus vita gloriosa
in terris enituit
Tamquam gemma pretiosa,
auro quae praevaluit. | 5. Ut ad veram migret lucem
Immunis a vitio,
Abnegans se tulit crucem
Insistens jejunio
Et expresso Christum ducem
Sequitur vestigio. |
| 3. Tibi, Christe, militavit
praesul plenus gratia,
Jugum tuum qui portavit
ab adolescentia,
Tibi soli consecravit
annorum primordia. | 6. Gloria et honor Deo
usquequo altissimo,
Una patri filioque,
inclito paraclito,
Cui laus est et potestas
per aeterna saecula. |

Brev. ms. Meldense saec. 14. Cod. Parisiens. 1266. A. — Brev. ms. Meldense saec. 15. Cod. Parisiens. 1054. B. — Brev. ms. Trecense saec. 13. Cod. Trecens. 1147. add. saec. 15. C. — Brev. ms. Trecense saec. 14. Cod. Trecens. 1148. D. — Brev. ms. Parisiense saec. 15. Cod. Parisiens. 1295. E. — Brev. Bituricense imp. Venetiis 1481. F. — Brev. Trecense imp. Trevis 1483. G. — 5, 1 migrat B. — Mel.: Pange lingua C.

487. De sancto Wilhelmo.

Ad Nocturnum.

- | | |
|--|---|
| <p>1. Amplexatur adolescens
Ordinem monasticum,
Implere non erubescens
Verbum evangelicum,
Hostem domat delitescens
In claustrum domesticum.</p> <p>2. Maceratus et attritus
Per frequens jejunium,
Ibi demum est sortitus
Abbatis officium,
Sed renitens et invitus
Gregi praeest ovium.</p> <p>3. Ad extremum exaltatur
Ut cedrus in Libano,
Exaltatur, inflammatur
Caritatis clibano,
Factus primas famulatur
Servo Christi Stephano.</p> | <p>4. Verbo, vita, veritate
Moribus irradiat,
Nec elatus dignitate
Animus lasciviat,
Fame, siti, nuditate,
Plagis carnem cruciat.</p> <p>5. Artus cogit jam seniles
Servire spiritui,
Vestes, escas sumens viles
Nec mundano luxui
Vacat sanctus Christi miles
Optans Christo perfrui.</p> <p>6. Gloria et honor Deo
Usquequo altissimo,
Una patri filioque,
Inclito paraclito,
Cui laus est et potestas
Per aeterna saecula.</p> |
|--|---|

Brev. ms. Meldense saec. 14. Cod. Parisiens. 1266. A. — Brev. ms. Meldense saec. 15. Cod. Parisiens. 1054. B. — Brev. ms. Trecense saec. 14. Cod. Trecens. 1148. C. — Brev. ms. Trecense saec. 13. Cod. Trecens. 1147. add. saec. 15. D. — Brev. ms. Parisiense saec. 15. Cod. Parisiens. 1295. E. — Brev. Bituricense imp. Venetiis 1481. F. — Brev. Trecense imp. Trevis 1483. G. — 2, 5 Sed remittens est inunctus B. — 3, 2 Ut creditur in B. — Mel.: Pange lingua C.

488. De sancto Wilhelmo.

Ad Laudes.

- | | |
|---|---|
| <p>1. O grex felix, tanto regi
Qui pastore meruit,
Felix pastor tanto gregi
Qui placere potuit,
Felix, qui superno regi
Plus placere studuit.</p> | <p>2. Prudens erat et discretus,
Pudicus et humilis,
Pius, justus et quietus,
Patiens, amabilis,
Largus, mitis, mansuetus,
Benignus, affabilis.</p> |
|---|---|

- | | |
|--|---|
| <p>3. Jam aetate fatiscente
 Se dissolvi senserat,
 Jamque languor hunc repente
 Febrilis invaserat,
 A robusta tamen mente
 Vigor non recesserat.</p> | <p>5. Tandem patre consummato
 Annorum curriculo,
 Coetu fratrum convocato,
 Dato pacis osculo,
 Christo grege commendato,
 Migravit a saeculo.</p> |
| <p>4. Quamvis seni post laborem
 Fit optata cessio,
 Regit animum victorem
 Non obstante senio,
 Non amittit mens vigorem,
 Nec est labor taedio.</p> | <p>6. Gloria et honor Deo
 Usquequo altissimo,
 Una patri filioque
 Inclito paracrito,
 Cui laus est et potestas
 Per aeterna saecula.</p> |

Brev. ms. Meldense saec. 14. Cod. Parisiens. 1266. A. — Brev. ms. Meldense saec. 15. Cod. Parisiens. 1054. B. — Brev. ms. Trecense saec. 14. Cod. Trecens. 1148. C. — Brev. ms. Trecense saec. 13. Cod. Trecens. 1147. add. saec. 15. D. — Brev. Bituricense imp. Venetiis 1481. E. — Brev. ms. Trecense imp. Trecis 1483. F. — Mel.: Pange lingua C.

489. De sancto Wilhelmo.

Ad Vesperas.

- | | |
|--|---|
| <p>1. Sanctus Guillermus jubilat
 In coelo cum virginibus,
 Novus in mundo rutilat
 Sol virtutum operibus.</p> | <p>4. Guillermi, patris pauperum,
 Laevam nescivit dextera,
 Qui cor habebat liberum
 Ad pietatis opera.</p> |
| <p>2. Consolatur ecclesia
 Tanta ditata filio,
 Quem produxit Britannia
 De Briocensi gremio.</p> | <p>5. Guillermus, praesul inclitus,
 Servus prudens et humilis,
 Coelesti dono praeditus
 Mundo fulget miraculis.</p> |
| <p>3. Hic carnis supercilium
 Jugo crucis edomuit,
 In quo pudoris lilium
 Signis in fine patuit.</p> | <p>6. Summe pater cum filio
 Nos in mundi certamine
 Guillermi patrocinio
 Salva cum sancto flamine.</p> |

Brev. ms. Nannetense saec. 15. (Privatbesitz). A. — Brev. Briocense imp. Redonibus 1548. B.

490. De sancto Wilhelmo.

Ad Nocturnum.

- | | |
|---|--|
| <p>1. Christo canamus hodie
 Novae laudis praeconium,
 Qui Guillermum ecclesiae
 Novum dedit encennium.</p> | <p>2. Sol in occasu saeculi
 Signorum fulget radiis
 Guillermus, cujus populi
 Laetantur beneficiis.</p> |
|---|--|

- | | |
|---|---|
| <p>3. In sancto pudicitiae
Cypressus semper viruit,
Quem palma conscientiae
Concussum non deseruit.</p> <p>4. Hostem, carnem et saeculum
Trino vicit certamine,
Gregis effectus speculum
Salvo pastoris nomine.</p> | <p>5. Guillelmus per biennium
Tumulatus non putruit,
Quod pudoris indicium
Inviolati praebuit.</p> <p>6. Christo legatis opibus
Migravit pauper inclitus,
Cujus nos salvet precibus
Pater, natus, paraclitus.</p> |
|---|---|

Brev. ms. Nannetense saec. 15. (Privatbesitz) A. — Brev. Briocense imp. Redonibus 1548. B.

491. De sancto Wilhelmo.

Ad Laudes.

- | | |
|--|--|
| <p>1. Gaude, felix Britannia,
Quam Guillelmus illuminat
Miraculorum gratia,
Quae tibi large seminat.</p> <p>2. In carne Christo militans
Carnis spreuit spurcitas,
In mundo mundus habitans
Hostis cavit insidias.</p> | <p>3. Miserorum miserias
Tulit in cordis sacculo,
Quorum supplens inopias
Pauper migravit saeculo.</p> <p>4. Mansuetus et humilis,
Verbis erat et opere
Guillelmus Christo similis,
Neglecto fastus onere.</p> |
|--|--|
5. Virtutum plenus gratia
Coelum dives ingreditur,
Sit trinitati gloria,
Qua Guillelmus perfruitur.

Brev. ms. Nannetense saec. 15. (Privatbesitz) A. — Brev. Briocense imp. Redonibus 1548. B.

492. De sancto Wilhelmo.

- | | |
|---|--|
| <p>1. Exsultet nunc coelestium
Chorus sacratus civium,
Lupum fecit agniculum
Deus, creator omnium.</p> <p>2. Bernhardus, sacro munere
Abbas sacer et gratiae
Repletus, mittit propere
Wilhelmum eremiculae.</p> <p>3. Erepto labe saeculi
Lorica datur militi,
Dat spiritum spiritui
Summilargitor praemii.</p> | <p>4. Romanum ad pontificem
Festinans flectit verticem,
Post annis reclusit novem
Primas sanctae Jerusalem.</p> <p>5. Hinc remeans ad Tusciae
Fines privatur lumine,
Quod reddit Christus prospere,
Splendor paternae gloriae.</p> <p>6. Ad montem transit eremi
Perdurus miles Domini,
Castigans carnem luteam
Sic per loricam ferream.</p> |
|---|--|

- | | |
|--|--|
| <p>7. Rapit Sathan hunc cellula
Viro Dei dans verbera,
Cujus coelestis medica
Fit porta Christi pervia.</p> <p>8. Divinum ceu praesidium
Fugit ad Rodis stabulum
Contemplans dei filium,
Nostrae salutis praemium.</p> | <p>9. Voce lapsa divinitus
Datur sodali socius,
Rubet de diris ictibus
Bellator armis strenuus.</p> <p>10. Sancti hujus praeconia
Digne promat ecclesia,
Ut impetret in gloria
Beata nobis gaudia.</p> |
|--|--|

Brev. Lubicense imp. s. l. et a. — 2, 4 Guilelmum hermiculae. — 4, 4 Premas sanctae. — 8, 1 seu.

493. De sancto Willehado.

- | | |
|---|--|
| <p>1. Alme decus et confessor
Cohaeresque coelibum,
Pater, qui sertum perenne
Christi gestas munere,
Cernui gregis adstantis
miserere, quaesumus.</p> | <p>2. Willehade, coelo perpes
digne cum Christo viges,
Preces supplicum exaudi
ferque opem famulis
Et noxarum nos a sorde
suffragando dilue.</p> |
|---|--|

3. Gloria et honor Deo
usquequo altissimo etc.

Psalt. ms. Bremense saec. 14/15. Cod. Bremens. b. 109. A. — Brev. Bremense imp. Coloniae 1486. B. — 1, 3 qui certum B. — 1, 4 gestans B. — 2, 2 vigen B. — 2, 3 exaudi supplicum.

494. De sancto Willibrordo.

- | | |
|--|--|
| <p>1. Nunc instat dies annua
Revolvens magna gaudia,
Qua pater sanctus obiit,
Quem Christi dextra protegit.</p> <p>2. Beata generatio
Tali fecunda filio,
Sit felix illa civitas,
Quam rexit hujus pietas.</p> | <p>3. Confessor o dignissime,
Nos lapsos clemens respice,
Laetentur inculpabiles,
Per te sanentur fragiles.</p> <p>4. Laus, honor, virtus, gloria
Deo patri et filio
Una cum sancto spiritu
In sempiterna saecula.</p> |
|--|--|

Diurn. ms. Ultrajectinum saec. 15. (Privatbesitz). A. — Brev. Monasteriense imp. s. l. 1489. B. — Brev. Monasteriense imp. Parisiis 1518. C. — Als de S. Martino C; Str. 2, 3, 4 als de Sancto Ludgero BC.

495. De sancta Wulfilda.

- | | |
|---|---|
| <p>1. Conjuncta Christo splendidae
Wulfildis arce gloriae
Coelos decoro sidere
Terrasque lustrat lampade.</p> | <p>2. Haec ante rerum tempora
Nutu Dei progenita
Jam nascitura saeculo
Praedicatur ab angelo.</p> |
|---|---|

- | | |
|--|---|
| <p>3. Non regna, non potentia,
Non vincit illam gratia,
Nec tensa captant retia,
Victrix resolvit omnia.</p> <p>4. Ales nitens ab aethere
Ejus sedendo vertice
Deo dicatam foederat,
Quam possidens illuminat.</p> | <p>5. Virgo parens fit virginum
Ignara carnis pignorum,
Et sponsa Christi caelibe
Fecundior stat germine.</p> <p>6. Hic illibata munera
Deo litans ad sidera
Nobis perennem gratiam
Lucemque poscat coelicam.</p> |
|--|---|
7. Deo patri sit gloria.

Hymn. ms. Berchingense saec. 15. Cod. Collegii ss. Trinitatis Cantabrigiens. O III 54.

496. De sancto Xysto.

Ad Vesperas.

- | | |
|--|--|
| <p>1. Magni palnam certaminis
Invicta fides contulit,
Pro Christo dimicantibus
De coelo datur calculus.</p> <p>2. Sic fortis Xystus athleta
Petri sequens martyrrium
Ornavit mox ecclesiam
Confessionis titulo.</p> <p>3. Ortus Athenis et altus
Philosophorum studiis,
Mutavit artem artium
Praeceptor apostolicus.</p> <p>4. Nam carnifex tyrannidis
Fremens ut leo rabiens
Advectos secum martyres
Abdon et Sennen perimit.</p> | <p>5. Dehinc ad Xystum properans
Vincla, catenas, carceres
Minatur et perniciem
Gladioli sententia.</p> <p>6. Tunc pius ille pontifex
Accersiens Laurentium
Levitae fidelissimo
Commendavit ecclesiam.</p> <p>7. Utrique consecuti sunt
Agonis sui bravium,
Esis atque craticulae
Coronam dedit passio.</p> <p>8. Jungamus ergo socii
Hymnum gerentes Domino,
Ut horum interventibus
Nostra purgentur crimina.</p> |
|--|--|

9. Gloria tibi, Domine,
Gloria unigenito
Una cum sancto spiritu
In sempiterna saecula.

Diurn. ms. Benedictin. saec. 15. Cod. Parisiens. 10530.

497. De sancto Xysto.

Ad Laudes.

- | | |
|--|--|
| <p>1. Ecce sacerdos inclitus,
Dux ceteris et praevious,
Ad passionis gloriam,
Xystus, qui pandit januam.</p> | <p>2. Hic ipse cum sodalibus
Bonis corruscus omnibus
Tuaque, Christe, gratia
Ad dura fortis omnia.</p> |
|--|--|

- | | |
|---|---|
| <p>3. Mortem, catenas, carcerem,
Plebem diram et principem
Pro te modeste pertulit,
Per te potenter perculit.</p> | <p>4. Qui pro suorum lapsibus
Fiat precator sedulus
Exaudiatque supplices
Semper in aevum servulos.</p> |
| <p>5. Praesta, pater, per unicum
Tui vigoris filium,
Praesta per alnum spiritum,
Tecum Deus per saecula.</p> | |

Diurn. ms. Benedictin. saec. 15. Cod. Parisiens. 10530.

498. De sancto Xysto.

- | | |
|--|---|
| <p>1. Virtus perennis omnium
Te, Christe, confitentium,
Per quem triumphant martyres
Mundique vincunt principes;</p> | <p>6. Sic ipse cum sodalibus
Bonis corruscus omnibus
Unaue Christi gratia
Ad dira fortis omnia,</p> |
| <p>2. Audi benignus canticum
Sixti trophaeo debitum
Unaue felicissimi
Agapiti, Januarii.</p> | <p>7. Mortem, catenas, carcerem,
Plebem patresque, principem
Pro te modeste pertulit,
Per te potenter protulit.</p> |
| <p>3. Quorum frequentat annum
Devota plebs solemnum
Et dignis nunc praeconiis
Psallat patronos proprios.</p> | <p>8. Nunc martyr in coelestibus
Tecum triumphat mortuus,
Fusi cruoris praemium
Nactus perenne gaudium.</p> |
| <p>4. Ex his sacerdos inclitus,
Dux ceteris et praevious,
Ad passionis gloriam,
Sixtus, reclusit januam.</p> | <p>9. Quo pro suorum lapsibus
Fiat precator sedulus
Exaudiatque supplices
Semper per aevum servulos.</p> |
| <p>5. Hic urbis olim maximae
Praesul dicatus Romulae
Signis supernis plurimis
Inclaruit miraculis.</p> | <p>10. Praesta, pater, per unicum
Tui vigoris filium,
Praesta per alnum spiritum
Qui regnas in perpetuum.</p> |

Brev. Halberstadense imp. Nurnbergae 1501. A. — Brev. Halberstadens imp. Norimbergae 1515. B. — 3, 1 animum AB. — 6, 2 Bonus B. — 7, 1 Mortes A. — Vgl. die beiden vorhergehenden Hymnen.

499. De sancto Xysto.

Ad Vesperas.

- | | |
|--|--|
| <p>1. Adest triumphus nobilis
Festumque coeli curiae,
Quo rosa delectabilis
Offertur regi gloriae.</p> | <p>2. Exsultet claro sidere
Fulgens mater ecclesia,
Sixtus martyr in aethere
Nova perfudit gaudia.</p> |
|--|--|

- | | |
|---|---|
| 3. Pius, pudicus, humilis,
Christo se totum dedicat,
In lege Dei docilis,
Verbis, exemplo praedicat. | 5. Roborare cum nititur
Fidem verbi praeconio,
Pro fide tandem caeditur
A paganorum gladio. |
| 4. Sixtus, flos pulcherrimus,
Et virtutum sacrarium
Haeres beatitudinis,
Trahens post se Laurentium. | 6. Detentos a daemonibus
Sanat, morbos languentium
Curat, confert languentibus
Magnum salutis gaudium. |
| 7. Summae Deus potentiae,
Tibi sit laus et gloria,
Da post cursum miseriae
Beata nobis gaudia. | |

Brev. Kimense imp. s. l. 1518.

500. De sancto Xysto.

Ad Nocturnum.

- | | |
|---|--|
| 1. Sixtus, martyr eximius,
Coelos conscendit hodie,
Quem attraxit divinitus
Splendor paternae gloriae. | 4. Te tuis cum sodalibus,
Sixte, et cum Laurentio
Vos conjunxit coelestibus,
Jesus, nostra redemptio. |
| 2. In templo Dei splenduit
Velut sidus praeifulgidum,
Hoc donum a te habuit,
Deus, creator omnium. | 5. Vita vivunt feliciter
Nunc in beata patria,
Ubi degustant suaviter
Aeterna Christi munera. |
| 3. Christum sequendo reperit
Virtutum gemmis praeditus,
Dum pro grege occubuit
Hic pastor apostolicus. | 6. Summe Deus potentiae,
Tibi sit laus et gloria,
Da post cursum miseriae
Beata nobis gaudia. |

Brev. Kimense imp. s. l. 1518.



Inhalts-Übersicht.

	Seite		Seite
Ab occidentis partibus	163	Aquensis vota suscipe	259
Absit torpor adsit vigor	164	Assumpsit Jesus socios	17
Ad Christi regis gloriam	133	Atroci turbæ obviavit	106
Adest conceptus nobilis	38	Auctor salutis hominum	29
Adest dies lætitiæ	14	Audi benigne conditor	125
Adest dies lætitiæ	76	Audi Jesu rex gloriæ	121
Adest dies lætitiæ	94	Audi redemptor sæculi	105
Adesto martyr laudibus	65	Aula coelestis patriæ	91
Adesto nobis inclite	104	Aurea sacro	183
Adesto pater Domini	12	Aurora vultu roseo	138
Adest triumphus nobilis	268	Ave Christi cella	43
Ad honorem salvatoris	81	Ave Dunstane praesulum	111
Ad honorem salvatoris	262	Ave gloriosa	40
Ad laudem Baldi praesulis	82	Ave miles pretiose	243
Ad laudem sancti martyris	141	Ave virgo Deo digna	252
Ad patris nostri gloriam	253	Axis stellati celsam	149
Ad sacri praesulis	78	Beata nobis gaudia	28
Adsit nobis matris amore	120	Beata nobis gaudia	159
Adsunt o socii festa diei	22	Beata nobis gaudia	180
Adsunt probra matris	53	Benedicta mater Christi	47
Aegidii solemnia	62	Benignitatis spiritu	88
Aeterna Christi gloria	75	Bodonensis ecclesia	111
Aeterna Christi praemia	188	Canat chorus fidelium	129
Aeterna Magni gloria	189	Cantemus in obsequium	16
Aeternam coeli gratiam	231	Cantemus multifarie	152
Aeternæ rex altissime	77	Cantet Christi ecclesia	199
Aeterni patris filium	45	Celsorum civium	231
Aeternum ens principium	13	Chorus exsultans jubila	194
Aigulphi pangat sacrati	67	Chorus exsultet spiritu	141
Aigulphi sancti merita	64	Christe corona gloriæ	155
Alme Berchare venerande	90	Christe cunctorum dominator	126
Alme coelorum conditor	256	Christe Dei victoria	130
Alme cunctorum creator	267	Christe mundi pro salute	196
Alme decus et confessor	266	Christe qui es vita	107
Amande praesul inclite	70	Christe redemptor omnium	125
Amande praesul optime	71	Christe regum rex et auctor	203
Amandus ergo praesulem	242	Christe rex regum	21
Amator ardentissime	129	Christe salvator hominumque	237
Amice sponsi patulas	159	Christe sanctorum decus	260
Amicum Dei Lazarum	169	Christe sanctorum gloria	63
Amor Dei praecordia	91	Christi miles pretiosus	202
Amplexatur adolescens	263	Christi praesul pretiose	236
Anglorum populi	103	Christi redempti sanguine	153
Ante mundi principium	39	Christo canamus gloriam	95
Approximante foribus	216	Christo canamus hodie	264

	Seite		Seite
Christo cohaerens concio	109	Ecclesiae prosapies	67
Christo regenti saecula	262	Ecclesiae speculum	146
Christum laudemus	98	Ecclesiarum populus sacratus	234
Clangat hymnum dulcorosum	218	Egente Dei populo	170
Clangat tuba canentium	233	Emicat almifici	122
Clara coelorum celebret	151	Eufemia vere bona	123
Clara diei gaudia	162	Exaudi Christe redemptor	144
Clara sanctorum civitas	75	Exortus sol in tenebris	71
Clara sanctorum meritis	187	Exsultent filii matris	213
Clarens in coelis claruit	190	Exsultent mundi cardines	143
Clari recurrit annua	96	Exsultet aula coelica	80
Coelestis regni gaudia	46	Exsultet aula regia	226
Coeli porta reseratur	241	Exsultet aula regia	226
Collauda coetus virginum	150	Exsultet coeli curia	249
Columba penna nivea	100	Exsultet coelum gaudiis	230
Concio nostra Deo resonans	258	Exsultet coelum laudibus	89
Conditor alme virginum	176	Exsultet cor praecordiis	16
Conditor rerum omnium	86	Exsultet cum tripudio	172
Confessor dignissime	176	Exsultet gens catholica	164
Confessorum eximio	118	Exsultet novo carmine	41
Congaudens plebs Vasconiae	225	Exsultet nunc coelestium	265
Congaudentes cum angelis	168	Exsurgat clerici concio	250
Congaudentes exsultemus	100	Fac diem festum	44
Conjuncta Christo splendidae	266	Felix Vestastus pontifex	255
Corde puro famulorum	229	Festa condignis celebremus	204
Creator rerum omnium	257	Festiva dies annua	119
Cum duobus subierunt	102	Festiva dies omnibus	258
Cypriani laudiflui	104	Festiva lux enituit	193
Decertat coram Caesare	211	Festum colamus hodie	144
Decus florum fons hortorum	84	Fideles nunc gaudeant	212
Decus morum lux doctorum	94	Fons pietatis culmina	17
De fabri ministerio	15	Francisci in visceribus	132
Deo demus grates	173	Franciscus amat unice	132
Deum deorum regem	156	Franciscus mundi prospera	132
Deus creator omnium	222	Frodeberte monastici	134
Deus tuorum gloria	242	Fulget dies specialis	36
Deus tuorum militum	224	Gaudeat credens ubicunque	198
Didascoli discipulus	217	Gaudeat ecclesia	201
Dies adspirat celebris	115	Gaude caterva lux hodierna	33
Dies nunc celebris	210	Gaude felix Britannia	265
Dira tyrannis gladio	259	Gaude fidelis concio	42
Ducis uxor complexatur	250	Gaude gaudenter Edua	173
Dulcibus laeti modulis	241	Gaude mater ecclesia	89
Dulci resultat antico	95	Gaude mater ecclesia	165
Dunstanus en coelestia	112	Gaude mater ecclesia	177
Duplex Thomae victoria	247	Gaude mater ecclesia	240
Dura quae gignit	24	Gaude mater ecclesia	248
Ecce factum mirabile	171	Gaude Sion hymnidica	195
Ecce laudes gloriosae	246	Gaudet chorus fidelium	179
Ecce lucem vitae ducem	35	Gaude virgo gloriosa	41
Ecce sacerdos inclitus	267	Genovefae praeconia	140
Ecce votiva recoluntur	68	Germani meritis	147

	Seite		Seite
Gratuletur ecclesia	135	In praeclarae Genovefae	140
Haec aula Christo concinat	120	Insigne sidus claruit	118
Haec festiva dies	148	Instat clara dies	69
Hermelandi familia	152	Insula Jordanis	92
Ilic justus esse creditur	88	Inter Christicolae	197
Hic vir sanctus cujus diem	133	Inter illa claritatis	203
Hodiernae lux diei	37	Inter triumphos nobiles	85
Hodiernum veneremur	37	In unitate spiritus	199
Hora diei tertia	25	In votis virgo sancta	148
Humana lingua coelici	130	Irradiat jucunda dies	73
Hymnis conjubilet	73	Iste confessor Domini	110
Hymnis laudes concrepemus	153	Iste confessor Domini	112
Hymnorum modulis	116	Iste confessor meritis	147
Hymnos nunc Domino	87	Jubila fac tripudium	232
Hymnum conjubilet turba	200	Jubilemus in hac die	219
Hymnum deo decantemus	158	Jucundare Provincia	194
Hymnum dicant cum gaudio	181	Jucunda vox fidelium	124
Hymnum fideles populi	138	Jucundemur in Domino	249
Hymnum novae laetitiae	72	Jucundetur ecclesia	181
Hymnum novae laetitiae	39	Jucundis pangat mentibus	192
Hymnum novae laetitiae	177	Ivo coelorum corruscans	166
Hymnum novum decantemus	127	Ivo Haelori rutilus	167
Hymnum novum laetitiae	221	Ivo quis tibi debitas	166
Hymnum pangat solemnibus	161	Laetentur mundi climata	239
Hymnum praesens canat turba	227	Laetetur Cantuaria	248
Hymnum tibi Jesu bone	98	Laeto plaudat obsequio	45
Jam dies redit annua	45	Laude corona jubilent	150
Jam dulcis amica venito	57	Laude devota tibi Paule	215
Jam lucis orto sidere	25	Laudemus laudibus	76
Jam lucis orto sidere	181	Laudes addamus laudibus	76
Jam lucis orto sidere	184	Laudes almi confessoris	135
Jesu corona celsior	113	Laudes praesul sanctissime	232
Jesu corona omnium	113	Laus martyrum tripudiet	243
Jesu corona praesulum	213	Laus matutina personet	73
Jesu corona virginum	114	Laus matutina suscitetur	179
Jesu fida custodia	185	Laus resonet hymnidica	163
Jesu largitor veniae	99	Laus tibi sit Christe	91
Jesu palma certantium	169	Lucent Ethelburgae festa	120
Jesu redemptor omnium	77	Lucis hujus solemnitas	63
Jesu redemptor omnium	95	Lux est sollemnis hodie	174
Jesu redemptor omnium	100	Lux hodierna	14
Jesu redemptor saeculi	165	Lux oritur gratissima	228
Jesus postquam monstraverat	18	Lux vera vita praemium	201
Illuminator omnium	24	Magna res nobis	39
Illuxit dies annua	224	Magni palmam certaminis	267
In coelesti collegio	131	Magnus miles mirabilis	103
In coelesti collegio	179	Mare solum cives throni	34
In coelesti palatio	83	Maria virgo regia	40
In doctorum hierarchia	93	Maria virgo regia	42
In hoc paschali gaudio	56	Martiali apostolo	192
In Jesu Christi gratia	249	Martyr ad hunc qui cordium	172
In laude regis gloriae	211	Martyr beate summe	96

	Seite		Seite
Martyris cervix languida	190	Pangat novum melos	150
Martyrum gemma praefulgens	66	Pange chorus in his festis	220
Mater ecclesia colat	79	Pange lingua gloriosae	206
Mater vidit in somnio	163	Pange lingua gloriosi	186
Matris beatae viscera	52	Pange lingua gloriosi	236
Mente canam Domino	11	Pange lingua gloriosum	142
Meritis totum gloria	189	Pange lingua praeconia	110
Metropolis urbs Senonum	239	Pange lingua praeursoris	160
Mire cunctorum sator	228	Pange lingua pretiosum	172
Misit Narbonae summum	216	Pange lingua triumphalem	220
Modulizet ecclesia	76	Pange virgo gloriosi	136
Multitudo gentilium	226	Pardulphi patris incliti	212
Mundi redemptor optime	240	Pastor Medardus inclitus	197
Neuma chorus hic hodie	222	Pateant fores cordium	144
Noctis decurso nubilo	122	Patricius doctor nobilis	214
Noctis expulsus tenebris	39	Per te niteat rex Deus	112
Nocturni cursus tempore	178	Pietatis Lupe pater	187
Nocturno sub silentio	72	Pium patrem Eligium	117
Nocturnum hymnum pangite	227	Plangas cum lacrimis	51
Nostrae matris praeconia	162	Plantula regum	183
Nova regis praeconia	177	Plaudat Aquensis concio	193
Novo creator siderum	148	Plaudat chorus fidelium	29
Novum melos ac cantica	245	Plaudat tota Vallania	191
Novum sidus emicuit	92	Plaude mater ecclesia	149
Nox et dies praeconio	15	Plaude mater ecclesia	157
Nunc cantemus de Maria	47	Plaude minorum plantula	93
Nunc cantor omnis cogitet	222	Plaude turba virginea	84
Nunc instat dies annua	266	Plebs devota Deo	244
Nunc sancte nobis spiritus	182	Poli summum opificem	215
Nunc sancte nobis spiritus	184	Polum pingit jam aurora	207
O benedicta trinitas	13	Postquam fuit revocatus	173
O cursor facilis	64	Praeclsa praesulis	214
O dulcis hora et fulgida	20	Praeclara Christi carmina	254
O generatio recta satis	123	Praeparatur habens rota	142
O genitrix aeterni	57	Praesul fuit Pictavensis	154
O gloriosi principes	197	Praesul insignis	155
O grex felix tanto regi	263	Praesulis sacri lumine	107
O Jesu dator gratiae	70	Praesul magnificus	109
Omnes Eduae clerici	172	Praesul Taurine poscimus	245
Omnes terrarum incolae	105	Pretiosa splendet Anna	74
Omnium Christe pariter	61	Primo dierum omnium	34
Omnium clemens	202	Procul pulso jam torpore	207
Omnium rector Deus	108	Proles de coelo prodiit	82
Omnipotens et verax	11	Proles ortu magnifica	221
Optata saeculis gaudia	151	Proles patris praeconia	181
Orta fame gens tabescit	205	Promat phonista júbilo	223
O salutaris micans stella	48	Protector omnium Deus	23
O stella maris fulgida	55	Psallat chorus fidelium	28
O vir excelsae meritis	194	Pulset coelum laus amoena	178
Pangat Lirinensis chorus	65	Quam bona gratia	26
Pangat mater ecclesia	118	Quam ingens est suavitas	15

	Seite		Seite
Quam jucunda dies	121	Sanctus terrarum	25
Quam salutavit angelus	56	Sator aeternus	49
Quam summa colit curia	44	Sideri celso Olympi	66
Quem aula non capit poli	55	Sixtus martyr eximius	269
Qui similis Eligio	117	Solemne festum praecluit	219
Qui solus orbis actor es	261	Solemne mundo gaudium	253
Rector potens verax Deus	26	Solemnis adest hodie	247
Rector potens verax Deus	182	Splendor superni luminis	22
Rector potens verax Deus	185	Stabat ad lignum crucis	53
Regalis ostro sanguinis	210	Stella corruscet	184
Regi Christo salvatori	237	Stella fulgens matutina	195
Regina virginum	33	Stella recurrens circuli	245
Regum Deus rex omnium	230	Studeamus attollere	180
Renitentes sacra dare	101	Sublime festum saeculis	145
Renovantur solemnia	114	Summe confessor inclite	126
Rerum Deus jus ratio	185	Summis canamus vocibus	199
Rerum Deus tenax virgo	26	Talentum Christe virginum	225
Rerum Deus tenax virgo	182	Te Christe sponse virginum	128
Resuscitatus Lazarus	170	Te lucis ante terminum	182
Rex Christe regum	233	Tenore mundus jubilat	46
Rex diadema militum	102	Trecassinorum antistitem	185
Rex gloriose martyrum	75	Tripudium Eulaliae	124
Rex gloriose nimium	19	Tubae coelesti clangite	161
Rex Olavus gloriosus	208	Ut Christus schema virginum	229
Rex pretiose luminum	55	Ut fons fecundus	235
Rochi conjubilent omnia	238	Ut nox tenebris obsita	18
Roma legatum protulit	134	Ut nox tenebris obsita	18
Roma Quintinum genuit	223	Ut queant sacrum	97
Salve Deo digna	50	Ut remicent magnalia	85
Salve festa dies	12	Valeriae recolamus	250
Salve festa dies	13	Veni creator siderum	171
Salve festa dies	27	Veni ductor exercitus	255
Salve festa dies	43	Verane praesul inclite	256
Salve festa dies	51	Verbi divini sator	217
Salve festa dies	55	Verbum aeternum oriens	137
Salve festa dies	62	Verbum aeternum prodiens	137
Salve festa dies	81	Verbum de coelo prodiit	19
Salve festa dies	139	Verbum ex ore prodiens	48
Salve festa dies	209	Vergente mundi vespere	38
Salve festa dies	218	Viae Sion hymnidicis	80
Salve Johannes nomine	158	Virginis alme Deus	251
Salve rex Sabaoth	20	Virginis nunc Eulaliae	125
Salve sponsa Dei	49	Virgineus flos lilii	252
Salve virgo singularis	92	Virgo Dei genitrix	54
Salve vitae lingnum	23	Virtus perennis omnium	268
Sanctorum meritis	119	Viso virtutis opere	153
Sanctorum meritis	153	Voce jucunda resonemus	254
Sanctorum splendor omnium	61	Vox aurorae novo more	25
Sanctum Medardum praesulem	196	Wenefridae virginitas	261
Sanctus Guillelmus jubilat	264	Zyma vetus expurgetur	205






26-5-66

~~26-5-66~~
JUN 19 1966

Analecta

THE INSTITUTE OF MEDIAEVAL STUDIES
59 QUEEN'S PARK CRESCENT
TORONTO - 5, CANADA

10 791.



GretagMacbeth™ ColorChecker Color Rendition Chart

